Processus contra Waldenses. IE TCD MS 266


Shelf Mark/Reference Number
IE TCD MS 266


DOI
https://doi.org/10.48495/76537996g

Creator
Unattributed

Contributor
Gebaude, N., Signer
Paris, N., Signer
Gobaud, Vincent, Signer
Carnegie Corporation of New York, Sponsor

Date
between approximately 1600-1699





Num. 1. 1

Origo Valdensium et processus contra eos facti.

Debut des persequutions contre les Vaudois

Examinatio. Inquisitio.

Waldus

expertis

Waldo creavit Barbas.

Aquilae sedes magni magistri.

Ut vobis Reve.mo in xpo patri et domino, domino Rostagno Ebredunen
Archiepo; vobisque reverendis patribus et dominis fratri Laurentio
Cistaricensi Episcopo, et Thomae pascalis Aurelianen officiali commissijs
apostolicis regia et Dalphinali curie suffultis, ad causam eorum paupe-
rum de Lugduno, quos vulgus Waldenses appellat, dictos a Waldeo
cive Lugdunen. in vico dicto vulgariter Val grane moram facien-
tem. Qui homo dives haeresiarcha, primus heresis secte Waldenen
inventor fuit, secundum Scripturam, qui bonis temporalibus renun-
cians cepit cum suis complicibus vitam apostolicam cum cruce et
paupertate ducere; et ~~ex~~ expertis viris Ecclesiasticis multos sibi
discipulos sociavit, qui inde dicti sunt pauperes de Lugduno, qui
dicentes vivere sub obedientia apostolica, ab illa tamen se separantes,
pertinaciter respondebant, cum redarguerentur, magis esse Deo
obediendum quam hominibus. Fuerunt tandem, et merito, per militantem
Ecclesiam damnati, sed non radicitus extirpati; qui a Lugduno fugien-
tes, ad ultimas Dalphinatus partes se transtulerunt, in Ebredunen et
Taurinen diocesibus in Alpibus et ~~inter~~ intra concava montium accessu
difficilia plures [illegible] ipsis habitaverunt; ubi paulatim procurante
satore zizaniae, in copioso numero creverunt, et demum palmites
suos tristes in Liguriam, Italiam, et ultra Romam in Apuliam trans-
miserunt. Et quemadmodum Xpus redemptor noster discipulos
suos binos mittebat ad predicandum, sic et ydiota et bestialis illius
secte magnus magister ~~[illegible]~~ alios magistros inferiores per ipsum creatos
et probatos (quos vulgo Barbas dicimus) ad docendum et predicandum
huius secte doctrinam, et hinc inde binos mittere solitus fuit; ~~hic~~ si-
quidem Barbae creari solent per eorum supremum in civitate
Aquilia in regno Neapolitano, et in eorum creatione quaedam solet
servari solemnitas; nam in derisum Romani pontificis eis nomina
mutantur, cum ad magisterium huius affirmant cuius siquidem
damnatissimae haeresis cultores, [illegible] Item et

~~Ancienneté~~
Ancienneté

Taurinen. dioc., et omnes mares et fœminæ vallis Frayxineriæ, et plures vallium Argenteriæ et Loysiæ Ebredunen. dioc., a tanto tempore, quod non est memoria hominum, in contrarium fuerunt, prout plusquam centum numero ex ipsis sponte confessi fuerunt, sequentes articulos contra fidem nostram tenuerunt tenentque et inviolabiliter observant. Et ut de eo constet et liquidius appareat, procurator fidei, juncto procuratore patriæ et locorum circumvicinorum, patriæ Brianson., et Ebredunen., pro manutentione fidei christianæ et honoris patriæ relevatione, contra omnes et singulos dictæ vallis Frayxineriæ dat et facit sequentes titulos, quos petit admitti ad probandum, citra tamen onus superfluæ probationis, ad quod se astringere non intendit. De quo et de expensis contra eos omnes et singulos solempniter protestatur.

Vaudoys en la vallée Fraissinière de temps immémorial.

Imprimis ponit et dicit, ac probare intendit, quod ipsi homines vallis Frayxineriæ fuerunt, a centum annis citra et ultra, ac per tempora ipsa, et alias a tanto tempore, cujus initii memoria hominum non existit, fuerunt, et de presenti sunt heretici, et sequentes articulos contra Catholicam fidem tenuerunt et tenent. Et hoc est verum, notorium, publicum et manifestum.

Tenus pour heretiques

Item et quod fuerunt, et de presenti sunt, pro hereticis et Valdensibus habiti, tenti et reputati, communiter, et ab omnibus, de eisdem et eorum vita, moribus, et conversatione notitiam habentibus. Et hoc fuit et est verum, notorium, publicum et manifestum.

Cent lieux autour on les a cogneus pour heretiques.

Item et quod de premissis fuit, et est publica vox et fama, nedum apud circumvicinos, immo et apud omnes a centum leucis et ultra distantes a dicta valle. Et hoc fuit et est verum, notorium, publicum et manifestum.

quils sont diffamés par tout le monde.

Item et quod fuerunt et de presenti sunt ubique terrarum de heresi, et damnatissima Valdensium secta fidei Christianæ contraria [diff]amati. Et hoc fuit et est verum, notorium, ~~publicum~~ et

Item et

que leur voisins Recoyvent du dommage estans soubçonnes d'herisie par tout ou Ils vont.

Item et quod propterea homines locorum circumvicinorum, licet Catholici et Christiani, ac Christi fideles, ex ipsorum de ffrayxmeria labe ubique terrarum dehonestantur, et improperia quam plura, atque dampna et interesse qui ab honoribus multis commodis reiiciuntur ex suspitione ipsorum de ffrayxmeria. Et hoc fuit et est verum, notorium, publicum et manifestum.

Item et quod dicti de ffrayxmeria haeretici dicuntur, ac visi sunt mali et obstinati, et fidei Catholicae contrarij, iniqui ac perversi, ac pro talibus habiti, tenti et reputati, articulos sequentes contra fidem Christi tenentes. Et hoc est verum, notorium, publicum et manifestum.

Accusatio eorum.

1. *L'Eglise des malins*

Item et pro eo, quia Ecclesiam Romanam dicunt Ecclesiam malignantium, et eam diffamant et reprobant, et ita credunt dampnabiliter et contra fidem Catholicam. Et hoc est verum, notorium, publicum et manifestum.

2. *quils sont seuls L'Eglise.*

Item et pro eo, quia credunt et crediderunt, quod in ipsis tantum sit Ecclesia Dei, qui ~~vivunt~~ vivunt in paupertate. In eorum symbolo credentes, in sanctam Ecclesiam sine macula et ruga constitutam. Et hoc est verum.

3. *que leurs barbes ont puissance de absoudre non les prestres.*

Item et pro eo, quia dampnabiliter crediderunt et credunt, quod eorum magistri et Barbae potestatem habeant ligandi et solvendi, et quod illis, et non presbyteris Romanae Ecclesiae confitenda sunt peccata, contra fidem. Et hoc est verum.

4. *Les prelats nont deu avoir patrimoine.*

5. *que depuis Sylvestre n'i a eu aucun vray pape.*

Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod non licuit nec licet prelatos Romanae Ecclesiae habere patrimonium aut jurisdictionem temporalem in hoc seculo; et quod a beato Sylvestro non fuit verus Papa, contra fidem. Et hoc est verum.

6. *quon na point plus de puissance en l'Eglise que de saincteté.*

Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod quantum quis habet sanctitatem, tantum habet facultatem et potestatem in Ecclesia, et non ultra, contra fidem. Et hoc est verum.

Item et

7. Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod sacramenta per presbyteros Romanæ Ecclesiæ ministrata, nullius sunt efficaciæ seu virtutis, contra fidem nostram. Et hoc est verum.

que les Sacremens administres par les prestres de l'Eglise Rom. sont de nulle valeur.

8. Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod eisdem presbyteris Romanæ Ecclesiæ non sunt solvendæ decimæ, neque eis sunt dandæ oblationes propter præmissa, contra fidem. Et hoc est verum.

quil ne faut payer les dismes aux prestres.

9. Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod de censuris et pœnis per prælatos Romanæ Ecclesiæ inflictis curandum non est, quoniam non arctant neque ligant propter defectum sanctitatis, quia non servant vestigia Christi, contra fidem, Et hoc est verum.

quil ne faut craindre les Censures des prestres de l'Eglise Rom.

10. Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod Romana Ecclesia est domus confusionis, Babylon meretrix, et Synagoga diaboli, contra fidem. Et hoc est verum.

l'Eglise Rom. maison de Confusion, Babilon paillarde et la Synagogue du diable

11. Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod eidem Romanæ Ecclesiæ, seu prælatis ejusdem non est obediendum, et quod omnes eis obedientes sunt damnati, contra fidem. Et hoc est verum.

quil ne faut obeir aux prelats de l'Eglise Rom.

12. Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod nullum est purgatorium in alio seculo, sed tantum purgantur viventes in præsenti; et quod dum quis moritur, statim evolat ad paradisum, vel labitur in infernum, asserentes Ecclesiam Romanam cupiditate ductam purgatorium invenisse, et quod pro mortuis ideo non est orandum, contra fidem, Et hoc est verum.

quil ny a point de Purgatoire.

Ny faut prier pour les morts.

13. Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod pro quacunque re vera vel falsa non licet jurare, contra fidem. Et hoc est verum.

quil ne faut jurer en façon quelconque.

14. Item et pro eo quia crediderunt et credunt, quod licitum est libidinose convenire et participare etiam cum omni persona, sibi in quovis consanguinitatis vel affinitatis gradu conjuncta, saltem quoniam conveniunt cum aliis ejusdem sortæ in eorum prædicationibus, et extinctis luminibus, contra fidem. Et hoc est verum.

permis de paillarder avec quelque parente que ce soit les lumieres esteinctes.

15. Item

15. *quil vaut autant ~~une~~ prier dieu en une estable qu'en l'Eglise.* — Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod tantum prodest Deum orare in stabulo, quantum in Ecclesia, contra fidem. Et hoc est verum.

16. *quil faut prier au seul dieu, et non la vierge Marie.* — Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod solus deus orandus est, non autem virgo Maria, non sancti et sanctae, quia cum sint a nobis remoti, non possunt audire preces nostras, contra fidem. Et hoc est verum.

17. *L'eau de la pluye a autant de vertu comme l'eau beniste.* — Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod aquae pluviales sunt ejusdem virtutis, sicut sunt aquae benedictae in Ecclia, quia omnes aquae fuerunt benedictae a Deo, contra fidem. Et hoc est verum.

18. *quil ne faut obeir aux seigneurs temporels s'ils ne sont de leur secte.* — Item et pro eo, ~~quod~~ quia crediderunt et credunt, quod etiam dominis temporalibus non est obediendum, nisi sint de eorum secta, contra fidem. Et hoc est verum.

19. *que c'est un peché irremissible de tourner quelqu'un de leur secte.* — Item quod pro eo, quia crediderunt et credunt, quod detegere aliquem de dicta secta est peccatum irremissibile, contra fidem. Et hoc est verum.

20. *que nul n'est sauvé hors de leur secte.* — Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod extra eorum sectam nemo salvatur, et qui sunt de eorum secta, sancti esse dicuntur, contra fidem. Et hoc est verum.

21. *ne se faut soucier des festes.* — Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod de festivitatibus sanctorum et sanctarum, per Romanam Ecclesiam introductis non est curandum, quod licitum est omni die opus servile exercere, contra fidem. Et hoc est verum.

21. *qu'on mange chair en tout temps.* — Item et pro eo, quia crediderunt, quod ubicunque licet et permissum est vesci carnibus, et quocunque tempore anni, et quod jejunia per Ecclesiam Romanam introducta non sunt servanda, eorum quadragesimam incipiendo secunda feria post primam Dominicam quadragesimae, contra fidem. Et hoc est verum.

22. *ne s'alliessent avec les papistes.* — Item et pro eo, quia crediderunt et credunt, quod non licet haereticis eorum sectae cum catholicis matrimonia contrahere. Et

multa

multa alia erronea et nefaria tenuerunt, crediderunt et praedi-
caverunt, prout confessi fuerunt, et contra fidem, et hoc est verum.

quils auoyent faict tout ce quils auoyent peu pour Exterminer Les Vaudoys.

Item et quod propterea Rev.^mi dudum pontifices et praelati Ebredunen, cum inquisitionibus haereticae pravitatis, retroactis temporibus, magnos assumpserunt labores, ut haereticam ipsam sectam a partibus illis abolerent; usque ad tempora Rev.^mi in Xpo patris et domini, domini Johis Archiepi Ebredunen, novissime vita functi. Et hoc est verum.

1461. Item et quod praefatus quondam Rev.^mus Dns Johannes Ebredunen Archiepus statim post ejus assumptionem, et de anno Dni 1461. ne sanguis eorum de suis manibus exquireretur, ad corrigendos eorum excessus, et ad extirpandam illam haereticam sectam, per monitiones, exhortationes et comminationes coepit diligenter insurgere; sed intervenientibus impedimentis, non potuit ad finem perducere. Et hoc est verum.

1473. Item et quod propter ea, et de anno Dni 1473. frater Johannes Veyllet ordinis minorum, sacrae theologiae doctor et inquisitor, authoritate Apostolica deputatus, contra ipsos de vallibus Frayxineriae Argenteriae et vallis Loysiae processus formavit, ex quibus detecta est dicta haeretica secta, quia praeinsertis articulis sponte confessi sunt credidisse. Et hoc est verum.

1483. Item et quod successive praefatus quondam Rev.^mus Dns Johes Archiepus, de anno Dni 1483. cum viris catholicis et aliis eorum complicibus, usque ad numerum nonaginta, novas informationes sumpsit, ex quibus apparet quod omnes ~~de~~ illi de Frayxineria, et multi de valle Loysia et Argenteria diffamatissimi et suspectissimi de dicta haeretica secta apud omnes habebantur. Et hoc est verum.

1486. Item et quod propter ea praefatus Rev.^mus quondam Dns Johannes Archiepus, et de anno 1486. et diebus decima octava et vicesima nona Junii; et tertio die nona Julii ejusdem anni, eos generaliter moneri fecit infra terminum in lris contentum, et per literas patentes

Cest Annee fut ouis Auctori Crispin de St André.

patentes debite executas, quibus parere neglexerunt. Et hoc est verum.

Item et quod propterea et successive, et de mense Augusti, præfatus quondam Rev.mus D.nus Johannes Archiepus, mandavit eos omnes nominatim suspectos citari, responsuros de fide, offerendo illis gratiam, si redire vellent ad gremium Ecclesiæ, qui ~~contumaciter comparere~~ neglexerunt. Et hoc est verum.

Item et quod successive de anno prædicto, et die decima quinta Septembris, præfatus quondam Rev.mus D.nus Johannes Archiepus, litras patentes laxavit et excommunicatorias, in eorum perfidiam et obstinatam contumaciam exequutas, die decima sextima eiusdem Septembris; et quam excommunicationem sustinuerunt, usque ad diem sextam mensis Februarij. Anni D.ni 1487. et longe ultra in excommunicatione sorduerant; inter quos nominatus fuit Anselminus Colloni; qui tanto opere nunc ad veritatem occultandam suis mendaciis elaborat. Et hoc est verum.   aut palam

Albertus. Item et successive Rev.dus pater dominus Albertus de cappitaneis, Archidiaconus Cremonen, in utraque facultate non mediocriter peritus, aucto Aplica deputatus, contra eosdem processit, et
1488. informationes sumpsit, et de anno 1488. et die sexta Februarij, et se informavit etiam quatuor ex complicibus eorum concludentibus in effectu, cum alijs per præfatum Rev.mum quondam dominum Johem Archiepum, super ~~his~~ ijs examinatus, ex quo formato processibus, certis motus respectibus, a sede Aplica obtinuit procedere, non vocato Ordinario; et tandem nominatim citari mandavit eosdem responsuros de fide, eisdem benigne oblata gratia, si redire vellent ad Ecclesiæ unitatem. Quibus citationibus ipsi obstinati hæretici comparere contempserunt, ex quo undecima Februarij successive pro seranda vice citati, per litras debite exequutas, iterum contumaciter

comparere

comparere neglexerunt, et ideo contra eosdem et merito lras excommunicatorias laxavit debitè exequutas et publicatas. Sed excommunicationem ipsam et aggravationem semper magis eorum perfidiâ sustinuerunt; ex quo, per lras patentes citati fuerunt, visuri loca, ad quae ipsi declinari contingebat, supponi Ecclesiastico interdicto. Qui pariter comparere postposuerunt. Et hoc est verum.

Item et quod successive praefatus Dñus Commissarius, saepius misit ad eos plures viros Deum timentes, et salutem animarum haereticorum illorum quaerentes, ut eos ad viam lucis et gratiae reducerent; sed illos tanquam obstinatos ad postulandam veniam nullo modo flectere potuerunt. Et hoc est verum.

Item et quod successive, ac praeterea antefactus Dñus Commissarius eos nominatim citari mandavit, ut coram eo comparerent, audituri definitivam sententiam per ipsum ferendam, per lras ~~patentes~~ debitè exequutas, die secunda martii, anno praedicto. Qui contumaciter semper magis comparere neglexerunt, et ideo nemine comparente, praefatus Dominus Commissarius, cernens cor eorum induratum esse, nec in eis signa aliqua paenitentiae apparere, cum peritorum consilio, visis omnibus praecedentibus, ad suam definitivam processit sententiam, per quam eos ut haereticos, pertinaces et rebelles brachio seculari reliquit. Et hoc est verum.

hugues de la palu
Conte de Varax

Rabot

Item quod propterea, ex commissione excelsi parliamenti Dalph. pro brachio seculari implorati, strenuus miles Dominus Hugo de Palude, comes de Varax, locumtenens Dalph., et magnificus jurium doctor et Dalph. consiliarius, Dñus Johes Raboti, servatis de jure servandis, processerunt contra eosdem, qui proprias relinquentes domos, cavernas et latibula montium, ac rupturas rupium sibi pro fortalitio elegerunt. Sed interim dicti Dñi Commissarii Ecclesiasticus et Dalphinales, iterum eis gratiam et Ecclesiae gremium obtulerunt, proviso, quod puro corde et fide non ficta redirent. Ipsi vero tunc, quasi omnes de rupibus sponte non ligati, non questionati

descendentes

descendentes, qui voluerunt venire mares et faeminae ad gratiam, benigne accepti fuerunt per eundem commissarium Aplicum, et confessi fuerunt gratis et sine metu torturae se fuisse et esse Waldenses, seu pauperes de Lugduno, et illorum haeresim seu sectam tenuisse, ac illi et illius articulis supra descriptis credidisse; et inter caeteros Angelinus Palloni qui materiam prosequitur ad ~~[illegible]~~ [illegible]ius par testante processu prompte iustificando in forma probante. Et hoc est verum.

Item et quod reliqui duodecim vel quindecim numero in eorum turma existen., qui, contentis gratia et venia, diabolico spiritu imbuti, ab aliis aufugerant, cum essent plus obstinati, baniti fuerunt. Et hoc est verum, notorium et manifestum.

Item et quod alii ad gratiam admissi, de se sponte confessi dictam damnatissimam Walden. sectam et haereticam pravitatem supra declaratam abjuraverunt, et quamcunque aliam solemniter post praedicationem; et in eorum abjurationibus expresse promiserunt inter alia, nunquam receptare seu occultare praedictos banitos, sed illos dum venirent repellere et Ecclesiae intimare, atque eis injungendas sententias satisfactorias pro peccatis efficaciter adimplere, constan. processu. Et hoc est verum et sub poena relapsus in processu contenta.

Item et quod pro poenitentiis fuit eis specialiter injunctum, post abjurationem praedictam, quod viri qui fuerant in cavernis rupium se defendentes ad quinquennium, alii vero qui non ibi fuerant, ad biennium deferrent cruces duas telae croceii coloris, in superiori veste ante et retro consutas. Et talia fuerunt eis injuncta Ebreduni, ubi fuerunt ante fores majoris Ecclesiae. Et hoc est verum.

Item et quod successive dicti abjurati, post eorum abjurationem, Ecclesiae mandatis et monitionibus, abjurationibus, et monitionibus et promissionibus factis, parere pertinaciter contempserunt, et ideo nominatim citati fuerunt, visuri testes ~~jurare~~ produci jurare et

examinari

examinari contra eos, per procuratorem fidei producendos, quibus
non comparentibus, et testibus in eorum contumaciam examina=
-tis, iterum citati fuerunt, visuri attestationes publicarij, qui
comparere renuerunt. Ex quorum quidem testium, tam presbyterorum
quam aliorum catholicorum bonorum fide dignorum, et suorum
complicum depositionibus ~~apparent~~ luce meridiana clarioribus —
apparuit, eosdem de ffrayxineria fuisse et esse ficte conversos
et relapsos, quia hæreticos banitos receptaverunt, et pœnitentias
eis injunctas non impleverunt, vocati venire noluerunt, quinimo
Barbas et magistros Valden postmodum receperunt, et eis more
pristino confessi sunt. Et hoc est verum.

Franciscus Plouerij — Item et quod successive ante. dictam deputatus fuit Inquisitor in
dictis vallibus frater ffranciscus Plouerij ordinis minorum, sacre
1489. theologiæ professor, qui de anno dni 1489. et die prima Januarij,
intelligens quod ipsi de ffrayxineria de relapsu essent diffamati, —
signanter informatus a curato loci, et a pluribus de dicto loco ffrayx=
-ineriæ, ac cum veris catholicis et etiam complicibus, usque ad
numerum sexaginta sex, quorum dictis apparuit, quod dicti de —
ffrayxineria non impleverunt eis impositas pœnitentias, nec detu=
-lerunt cruces in suis superioribus vestibus, quinimo receptaverunt
hæreticos banitos, nec revelarunt Ecclesiæ, contravenientibus eorum
abjurationibus, inter quos Angelinus Paloni, qui nunc causam —
prosequitur, descriptus invenitur; ex quo, visis informationibus,
antefactus dnus Inquisitor, cum Ordinario procedens (quia solus non
poterat) per literas patentes eos omnes nominatim citari manda=
-vit, responsuros de fide et de relapsu, qui suspectissimi sunt se
1489. excusaturos, exequutas de anno 1489. et die vicesima quarta Maij:
Qui tamen comparere postposuerunt: Ex quo per alias literas —
legitime exequutas secundo citati fuerunt, eodem anno et die vicesima
octava Maij; sed comparere contempserunt (duobus exceptis)
qui nominibus proprijs comparuerunt) et ideo non comparentes —
fuerunt

fuerunt †. Et tertio per literas die septima Junij ejusdem anni debite exequutas vocati, et non comparentes, in eorum contumaciam excommunicati, et crescente contumacia aggravati; et quam excommunicationis sententiam in eos, ut præmittitur, latam, indurato animo sustinuerunt, et adhuc sustinent: propter quod, per alias

vras literas legitime exequutas, anno predicto et die vicesima octava Junij citati fuerunt, audituri et visuri se, veluti pertinaces hæreticos, relapsos, brachio seculari relinqui, et eorum bona a die commissi criminis confiscata fuisse declarari. Qui et iterum citati anno prædicto et die quinta Julij, ac iterum vocati anno quo supra et die sexto Septembris, audituri sententiam contra eos ferendam, nunquam, ut obstinati, comparere curaverunt; ex quo recte et recto jure suadente, damnati fuerunt. Ex quo ~~dehinc~~ nunc audiendi non sunt, cum sint excõti et interdicti, et pro talibus ac hæreticis pertinacibus declarati, per sentias in rem judicatam transactas, nulla appellatione suspensas. Adversus quas dicere aliquid admitti posse non videntur, nisi prius partium monitionibus et indicatis et Ecclia mandatis; ac solutis expen. super quibus dictus procurator tanquam super articulo præjudiciabili petit jus dici et interloqui, jusque et justitiam ministrari. officium vestrum humiliter implorando.

Item interr

Informaons prises par les Commis du Pape L'Evesque de Sisteron & autres Nommez par Le Roy.

Sequuntur examinationes factæ in materia heresis sectæ Valdentium, per Rev.^mum^ et Rev.^dos^ pres Laurentium Bureau Epum Sistaricen, et Thomam Paschal, ac Costagnum, et Archiepum Ebreduncn, commissarios deputos ac Regios constan de eorum commissionibus, literis patentibus, in pntia Rev.^di^ pris dni Glaudij Darchus. Abbatis Boscondeni, ac fratris Johis Laurealis sacræ theologie doctoris, prioris Lugdunen.

Examinatio ffazij Gay de ffraxmeria proleste:

1501. Anno dni 1501. et die 26.ta July. interrogatus ffazius Gay, an

fazi gay. ipse credat sanctissimum dnm nostrum papam esse vicarium Christi. Qui sub damnatione æterna respondit, quod credit ita.

Interrogatus an credat in alio mundo esse purgatorium. dixit quod ita.

Interrogatus super intercessionibus sanctorum, an credat sanctos posse intercedere pro nobis, et intercessiones nobis prodesse; dixit quod ita.

Interrogatus super solemnizatione ffestivitatum, dixit quod credit festa præcepta ab Ecclia sunt colenda, et coluit quantum potuit.

aqua bndicta Super aqua bndicta dixit, quod credit in aquam benedictam, in ablutionem peccatorum venalium, et defensionem diaboli.

Interrogatus super conversatione magistrorum sectæ Valdentium, an cognoscat aliquos, aut viderit, vel prius fuerit in eorum prædicationibus, dixit quod non.

Comminatus Item dixit quod semel constitutus in carcerem, per dnos officialem [illegible] dnum Petrum Sabinæ, ac dnm Alberti de Cappitaneis,

fuit

fuit comminatus, quod nisi confiteretur, esse Walden, morti traderetur.

Interrogatus an confessus fuerit esse Waldensem ex illa commi-
natione, dixit se nescire quid confessus fuit.

Super iuramento interrogatus, an credat licitum iurare pro veritate:
dixit quod ita.

Interrogatus, an habeat ex edicto vel secreta conventione in loco Fraysse-
meriae, quod non tradant filias suas nuptui aliquibus de cir-
cumcinis. Dixit, quod non, est tamen verum, quod a multis
annis citra nullae fuerint requisitae filiae a circumvicinis, obstante
vana suspicione sectae Walden sibi sine causa imposita. Et tamen
ipsi habuerunt in matrimonium plures mulieres de circumvicinis.

cur non contrahunt matrimonium cum papistis.

Item super credentia, qua asseritur, quod nullus salvatur, nisi illi
de secta Walden seu pauperum de Lugduno, dixit quod credit
in fidem Catholicam, et illius cultores salvari, et non alios.

Item super eo, quod dicitur in secta Walden, quod detegere crimen
seu sectam Waldensium est peccatum irremissibile. Dixit quod ignorat
illam sectam, et nescit quid in ea habetur pro peccato irremissibili, et
alis ignorat Interrogatus.

Item interrogatus, an sciat quod ipse et plures de Freyssmeria fuerint
auctoritate Rev.mi quondam Dni Jo: Archiepi monitus et citatus, ad res-
pondendum de fide coram eo aut eius officiariis. Dixit quod fuit
citatus, et plures alii in valvis Ecclesiae de Chan.ta et Sancti Crispini,
locorum circumvicinorum, quibus ad eorum notitiam devenientis, inter-
posuerunt appellationem apud Dnum Primatem Viennen

Appel au primat de Vienne.

Super collectis fieri solitis per Barbas sectae Walden interrogatus,
si unquam contribuerit eisdem collectis. Dixit quod non.

Super Sacramento Eucharistiae, an credat quod sacerdotes Romanae
Ecclesiae possint efficere corpus Christi, et quod soli de secta conficiunt,
dixit quod credit Sacerdotes Ecclesiae conficere posse, et non alii
quicumque.

Item credit ieiunia prodesse et esse servanda.

Item interro-

Item interrogatus an credat verum corpus Xpi esse in sancta hostia conservata. Dixit, quod ita. Interrogatus an sciat in tota valle Fraxmeriae credere aliter quam ipse credat, seu quod in eadem valle sint aliqui credentes aliquid extra veram fidem catholicam. Dixit quod non.

Interrogatus an annis singulis communicaverit et perceperit sanctum Sacramentum Eucharistiae. Dixit quod in aliquibus annis non ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ cepit, pro eo quod fuit repulsus a Rev.mo Dno Archiepo; ita quod sunt quatuor anni elapsi, quibus non communicavit, tamen bene confessus est peccata sua.

Françoys Ruffi.

Examinatio Francisci Ruffi de Fraxmeria aetatis quadraginta annorum.

Eisdem anno et die.

Interrogatus an fuerit vel sit de secta Waldentium seu pauperum de Lugduno, aut receperit Sacramentum in ipsa secta. Dixit quod non.

Interrogatus an credat, quod sanctissimus D. noster Papa sit locumtenens Xpi. Dixit quod ita.

Item quod habeat potestatem ipsis absolvendi et excommunicandi, et prelati Ecclie. Dixit quod ita.

Item quod sit purgatorium in alio mundo, dixit quod ita.

Item quod missae prosunt et alia Ecclesiastica suffragia. Dixit quod ita.

Item quod Papa ordinavit et Ecclia solemnitates et festivitates ~~ab~~ injunctas ab Ecclia. Dixit quod ita

Super congregatione, ubi dicitur fieri commixtio carnalis inter congregatos. Dixit quod non interfuit unquam in tali congregatione.

Credit aquam benedictam secundum ordinem Ecclie.

Interrogatus an fuerit unquam cruce signatus, in suam publicam pretextu heresis Waldencium. Dixit quod fuit per vim cruce signatus

cominatus — signatus, nescit tamen praeter quid; ita quod necessario fuit coactus confiteri se Valdensem, alias cominabatur de morte et tamen non — — — pficit [illegible] sibi praefixo.

Dixit interrogatus, quod credit fidei catholice, quam docet sancta Romana Ecclesia, nec credit in aliquam aliam fidem vel sectam.

Credit etiam verum corpus Christi realiter inesse in hostia consecrata.

Credit quod licitum est iurare pro veritate, dum compellitur.

An credat quod Laicus possit confiteri. Dixit quod non, nisi sit presbyter ordinatus ab Ecclesia.

cur non introducunt ad sacerdotium filios. — Interrogatus, quare non solent introducere aliquos de eorum valle ad ordinem Ecclesiasticum. Dixit quod pro eo quod non habent unde eos nutriant.

Dixit quod semper tenent et tenere intendunt veram fidem catholicam.

Interrogatus an sciat aliquos de dicta valle suspectos de fide catholica. Dixit quod non.

Credit in suffragiis sanctorum.

Baptismus. — Credit in Sacramentum Baptismi.

Interrogatus, an soliti sint nubere filias suas extra eorum vallem, Dixit quod ita, dum requirantur.

Dixit quod non licet matrimonium contrahere inter consanguineos.

Dixit quod licet confiteri singulis annis, tamen non fuit sibi permissum, ut reciperet Sacramentum Eucharistie a tribus annis.

Anthonius Pari. 3.

Examinatio Anthonij Pani aetatis quinquaginta annorum, de Frayxineria.

Interrogatus super secta. Dixit quod nihil scit de secta, immo semper fuit et est verus Catholicus.

Item quod non novit aliquos Barbas assertos de secta Valden.

Credit Dominum nostrum Papam esse verum Vicarium Christi, et quod potest excommunicare et absolvere, et quod excommunicatio est damnabilis.

Item

Item quod tempore citationum erat absens a patria sed degebat in provincia.

Interrogatus de auditu dici circa sectam. Dixit audivisse dici quod erat quaedam secta Waldentium, tamen non novit aliquos de eadem secta.

Super festivitatibus, credit illas colendas.

Item confessus est singulis annis, tamen sunt duo anni quibus non communicavit.

Dixit quod credit in iis quae credit sancta mater Eccl[es]ia, in purgatorium, in aquam benedictam, et in suffragiis defunctorum.

Item quod sepeliri in terra sacra est boni et catholici, et longe plus prodest quam sepeliri in terra profana.

Dixit quod nescit aliquos in provincia tenentes aliquam sectam extra fidem Catholicam.

Credit in Sacramento Eucharistiae, sine dubitatione.

Super eo quod dicitur, detegere sectam est peccatum irremissibile.

Dixit nescire quid sit illa secta, nec eius praecepta.

Fac. Vipert. Examinatio ffazii Ciperti de ffrazzineria aetatis triginta quinque annorum, vel circa.

Interrogatus super secta Waldentium, an sciat aliquid de illa, Dixit quod non, quoniam nunquam habuit aliam fidem, quam Christianam.

Interrogatus de Barbis Waldentium, et de Synagogis, et congregationibus eorum, dixit nihil scire, nec novisse aliquos Barbas.

Credit quod D. N. Papa habet omnimodam potestatem in terris, et Vicarius Christi.

Credit in purgatorio et in suffragiis Ecclesiae.

Credit quod magis prodest orare et sepeliri in Ecclesia, quam in prophano loco.

Super congregatione et commixtione libidinosa, dixit nescire quid sit illa congregatio, nec unquam in tali congregatione interfuit.

Credit

Credit in aqua benedicta, viz: quod prodest.
Credit in Sacramentum Eucharistiæ
Credit quod sacerdotes soli possunt conferre, et non quispiam alius.
Interrogatus an sciat aliquos in valle ffraxineriæ, qui habeant vel teneant aliquam sectam extra fidem catholicam. dixit quod non.
Dixit quod singulis annis confiteri solet et comunicare.
Dixit quod nunquam fuit citatus nec excomunicatus quod sciat.

Johan Lagery.

Examinatio Dni Johis Lagerij vicarij de Orseria in Camposauro.

Anno quo supra, et die vicesima septima mensis Julij, interrogatus medio juramento, assisten domino vicario Ebredunen cum præfatis dominis comissariis.
Dixit quod nescit aliquos de secta Waldensium, nec ~~alicuius~~ alterius sectæ.
Interrogatus super articulis, quos ~~credunt~~ tenent illi de secta, viz, an sciat aliquos de ffraxineria tenentes aut servantes aliquos de articulis sibi declaratis. dixit quod non.
Interrogatus de Sacramentis et vita ac moribus illorum de ffraxineria. dixit quod spacio octo annorum fuit vicarius de Orseria, ubi multi de valle ffraxineriæ pluribus annis habitaverunt, qui vivebant et recipiebant Ecclesiastica sacra^ta^ et ~~alio~~ vivebant more aliorum Christicolarum.
Interrogatus an in ultimis ~~volumtatibus~~ voluntatibus eorum qui habitabant in eodem loco, dum ipsos aliquos contingebat mori. dixit quod ita, et præsertim unus, cujus nomen ignorat, qui valde senex erat, sibi reliquit unum trentenarium missarum, et qui etiam sibi confessus est more viri Christiani, et in cujus confessione nihil audivit, nec ab eodem intellexit, qui etiam confessionem et Sacramentum Eucharistiæ ab eodem humiliter et devote recepit.

Interrogatus

Test. Interrogatus an sciat quod illi de Frayssineria sint diffamati et inculpati de hæresi sectæ Walden. Dixit quod ita, et quos palam et publice vehementer diffamari audivit.

Interrogatus quid credat idem exterioribus actibus et moribus eorundem, viz. an judicet in ejus conscientia eos esse bene vel indebite diffamatos. Dixit quod secundum ejus judicium et conscientiam, ex iis quæ hactenus vidit et expertus est, potius judicaret dictas diffamationes injustas, quam veras.

Super generalibus recte.

Pierre Reymond. 6.

Examinatio Petri Reymundi de Frayssineria ætatis triginta annorum, vel circa.

Eisdem anno et die interrogatus, super articulis sectæ Walden. Dixit in omnibus et per omnia nihil scire, nec sectam unquam scivisse nec cognovisse, ita quod in præjudicialibus recte et catholice respondit.

Interrogatus an fuit unquam citatus ad respondendum de fide coram dominis inquisitoribus, et domino Archiepiscopo Ebredum. Dixit quod non, quantum sciat.

Interrogatus an fuerit excommunicatus parte eorundem. Dixit quod sic.

Interrogatus an confessus fuerat unquam se tenuisse sectam Walden, dixit quod non, tamen fuit comminatus per dnum Archiepm Bamli de morte, nisi confiteretur se Waldensem, tamen noluit confiteri.

Interrogatus an fuerit, uti hæreticus dictæ sectæ, cruce signatus, - dixit quod non.

Dixit ulterius, quod credat dictum dnum Archiepm Bamli dictas comminationes fecisse, cupiditate habendi ejus bona.

~~Dixit etiam~~ quod plures fuerunt suspensi et interfecti, qui secundum ejus judicium et conscientiam erant boni et catholici.

Item quod inter ceteros, quidam vir insensatus et indiscretus, simplex, fuit interfectus

Interrogatus

Interrogatus qui eundem et alios interfecerit, dixit quod de Ebre=
-duno, quos ignorat.

Interrogatus cur non solent facere clericos et cappellanos, —
dixit nescire cur non solent, et aliis nescit si soliti fuerint, vel —
ne nullos cu cognovit de valle ffrayssineria.

Interrogatus an sciat aliquos intulisse minas aut verbera eorum olim
civitatis. dixit quod non.

Interrogatus si ipse et alij de ffrayssineria soliti sint offerre in —
Ecclesiam. dixit quod ita de pane et de caseis, et de ijs quae habe=
-bant a deo

Johan Arnoux.

Examinatio Johannis Arnulphi de ffreyssineria,
aetatis triginta annorum.

Eisdem anno et die interrogatus super articulis sectae Walden, qui
in omnibus et per omnia recte respondit, et negavit Iudicibus et
contrarium se tenuisse dixit.

Interrogatus si fuerit citatus coram Inquisitoris vel Ordinarij.
dixit quod sic.

Interrogatus si confessus fuerit sectam coram dictis dominis. dixit
quod non.

Comminatus.

Item dixit quod Officiarij domini Ebreduni sibi dixerunt, quod nisi confi=
teretur articulos, praesertim de conversatione Barbarum, et
eorum confessione, alias moriretur. Et ulterius dixit, quod fuit
pluries captus per Offic:ios temporales, pro eo quia erat prosequutor
negotij coram Rege, ita quod vix a morte evadere valuit. —
Et primo fuit captus coram domini sponij sponij et intrusus in Ebreduno,
et quia timebat de morte sua, ideo cum certis alijs carceres effugit.
Et iterum alia vice fuit captus, coram domini sponij sponij in —
Vapinco.

Dixit ulterius, quod multi fuerunt morti traditi de dicta ffrayssineria,
qui non erant, quod sciverit, culpabiles de aliqua tali secta vel haeresi,
imo viderentur, et quantum cognovit, erant ab omni haeresi innocentes.

In=

Interrogatus si fuerit cruce signatus ob hæresin. dixit quod fuit cruce signatus, tamen si propter hæresin nescit.
Interrogatus ad quod tempus sibi fuit imposita crux, dixit quod ad biennium.
Interrogatus an portaverit dicto tempore crucem, dixit quod non, propter expulsionem factam de eo et aliis eiusdem vallis.

Angelinj Paloni.

Examinatio Angelini Paloni de Fraxineria, ætatis quadraginta annorum.

Super articulis secte recte et excusative respondit in forma.
Interrogatus an cognoverit unquam aliquos de eadem valle, tenentes aliam sectam extra fidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et præsertim Valdensium. dixit quod non.
Interrogatus si fuerit citatus unquam ad respondendum de fide. dixit quod non.
Interrogatus si fuerit unquam constitutus in presentia aliquorum Inquisitorum, ad respondendum de fide, vel alias super secta Valden. dixit quod fuit semel constitutus coram domino Officiali Ebredunen, viz: dño Petro Sabini, et dño Iudice Briansonesij quodam, ac Iordano cordis, et fuit tunc comminatus per dominum Iudicem Brian. quod nisi confiteretur sectam, morti traderetur.
Interrogatus si fuerit tunc vel alias confessus hæresin seu sectam Valden, dixit quod non, quicquid scriptum fuerit aut reperiatur.
Interrogatus si fuerit cruce signatus. dixit quod ita, ex ordinatione dñi Alberti de Capitaneis.
Interrogatus quare sibi fuit imposita, dixit nescire ob quam causam.
Interrogatus ad quod tempus sibi fuit imposita, dixit ad quinquennium.
Interrogatus si illam gestaverit per tempus sibi præfixum. dixit quod non, sed illam abiecit.
Interrogatus si unquam fuerit confessus coram fratre Ploverij Inquisitore, quod ipse fuerat confessus et absolutus ab hæresi secta Valden. dixit quod non.

Jean Bartholomy.

Examinatio Iohannis Bartholom de Fraxineria ætatis quinquaginta annorum.

Anno quo supra, et die vicesima octava mensis Iulij.

Interro=

Interrogatus super articulis et secta Walden, qui præjudiciabilibus recte et catholice respondit.

Interrogatus, negavit unquam vidisse Barbam secte Waldensium, nec sectam aliam quam fidem Catholicam, quam docet sancta mater Ecclia, tenuit, nec tenet.

Fuit citatus ad respondendum de fide, arcte fratris Francisci Plo=uerij, et dum fuit Ebreduni fuit incarceratus.

Interrogatus si confessus fuerit eidem Plouer vel aliis aliquid de secta Walden, seu quod eam alias confessus fuisset. Dixit nescire nec re=cordari, tamen non credit aliquid confessum fuisse de hæresi.

Dixit quod fuit cruce signatus per ~~eundem~~ ordinationem Dnum de Cappitaneis, et eam gestavit ad tempus sibi ordinatum, et alias dixit non bene recor=dari.

Dixit quod nescit aliquos, nec scivit in valle Frayxineriæ, qui fue=runt de aliqua secta, præterquam de fide Catholica.

Hugues Jaques

Examinatio Hugonis Jacobi de Frayxineria, ætatis sexaginta annorum, vel circa, et alias non recordatur de vero tempore ætatis.

Interrogatus super articulis et secta Walden, dixit et respondit in præjudiciabilibus oppositum et contrarium, imo recte ac catholice respondit.

Dixit quod non novit sectam Waldensium, nec Barbas ejusdem sectæ.

Dixit nescire nec scivisse aliquos de secta Walden nec alia secta.

Fuit citatus cum aliis de Frayxineria apud Ebredunum, et tamen eundo retrocessit, ex eo quia fuit sibi dictum, quod si iret, incarceraretur.

Fuit examinatus per Dominum Petrum Sabino, tunc Officialem in Sancto Crispino, super secta, et alias dixit, quod fuit comminatus de morte per officiarios Dni Ebreduni quondam, ac Comissarios apostolicos, quorum nomina ignorat. Comminatus

Interrogatus si tunc confessus fuerit sectam Walden, aut quod vide=rit aliquos Barbas ejusdem sectæ. Dixit quod non.

Dixit

Iniuste combustus Dixit quod Johannes Gay quidam qui fuit combustus, iudicio suo erat verus Catholicus, et habebat opera et mores veri Catholici.

Suspensus Dixit quod Pontius Brunetti, qui fuit suspensus erat bonus, et tanquam verus Christianus se gerebat.

Suspensus Item Turmus ~~Reynerdi~~ Reymundi, qui fuit suspensus, erat equidem bonus et fidelis, habens vera signa veri Christiani.

Dixit quod non fuit cruce signatus, quod recordetur.

Dixit quod nescit ob quam causam ceteri de Frayssineria fuerunt cruce signati, nisi pro eo, quia imponebatur eis, quod viderant et cognoverant Barbas, et sectam Waldensium.

Dixit quod eius quidem pater in suo testamento ordinavit, dici missas celebrandas in sua parochia.

Dixit quod in Castro Rodulpho, in campo Sauro viz. in Orseria, in castro Rodulpho, viz: in domo Orc de Bandonis, necnon in sancto Audica.

Ioan Fabri

Examinatio Dni Johis Fabri Vicarij de Argenteria, etatis quinquaginta annorum vel circa.

Interrogatus medio iuramento, si cognoscat aliquos de Argenteria, suspectos de secta Walden. dixit quod non.

Interrogatus an cognoverit tempore effluxo aliquos de dicta secta. dixit quod non, tamen cognovit multos suspectos et diffamatos de eadem secta, ex voce et fama, qui nunc sunt extra patriam, qui differentes ab aliis erant in eo, quod nunquam volebant iurare quovis pacto.

Dixit, quod non cognovit aliquos de Frayssineria tenere aliquam sectam, nec habere signa nec mores alienos a fide Catholica.

condemnati xij Dixit quod Petrus Pascalis et Margarita uxor Eynardi Ponte fuerunt per iustitiam condemnati ad mortem, quos non cognovit nisi bonos, quantum cognoscere potuit.

Interrogatus si cognoscat qui fuerunt bene vel male sententiati vel condemnati. Dixit nescire.

Dixit quod D. Raymundus Ponirelli Iudex Argenteriæ sententiavit eosdem.

Dixit quod

Christianus combustus — Dixit quod Guilielmus Porte fuit condemnatus combustioni per eundem — judicem, qui in suis moribus et actibus apparebat probus et reputatus bonus.

Christiani bonis privati — Dixit quod erant viginti domus, qui fuerunt expulsi, et bonis suis privati, et quod Dnus de Monteynard tenet eorum bona.

expulsi boni — Dixit quod ipsi expulsi apparebant boni.

Dixit quod in suis testamentis relinquebant executores et funeralia, tn nulla relinquebant legata sive missas dicendas.

Dixit quod nunquam vidit de diffamatis ingredi religionem Sacerdotalem.

Pierre Jourdan.

Examinatio Petri Jordani de ffrayxmeria
aetatis quadraginta annorum.

Super articulis concernentibus sectam Walden interrogatus, recte, catholice ac bene, et recte respondit, contrarium in praejudiciabilibus se credit et credidisse affirmando.

Dixit ulterius, quod nunquam vidit aliquos Barbas, nec sectam eorum tenuit, nullosqz ipsam sectam tenentes vidit nec cognovit.

Dixit quod nunquam fuit citatus.

Item fuit cruce signatus, ex ordinatione Dni de Capitaneis, causam — quare ignorat.

Comminatus. — Item fuit examinatus, ut sibi videtur, per Dnum Officialem Ebred, de et super secta Walden, et ab aliquibus ex Officiarijs cominatus — de morte, nisi diceret et fateretur se Walden. Et pariter atqz signanter fuit sibi dictum, ac omnibus alijs de ffrayxmeria, cum essent retracti apud puxem, quod nisi confiterentur sectam Walden, morte trade-rentur, quae verba protulit Dns de Porto.

Poet

Dixit quod vexatus cum omnibus alijs ejusdem loci, viz, per incarcera-tiones, et mortis cominationes, ac combustionis minas, et alia opera — violenta, fuit et alij fuerunt coacti confiteri, quicquid voluerunt Dni Comissarij et alij nobiles nos usqz ad mortem prosequentes, tamen non — recordatur nec scit quid confessus fuerit.

Dixit quod fuerunt omnes de ffrayxmoria introclusi in quadam domo, circa quam, quidam tortor accendens cepit ignem, ac si vellet eos omnes combustioni tradere, dicendo eis quod omnes morirentur, vel dicerent se Walden.

Dixit

dixit quod omnes illi et ipse fuerunt ducti apud Sanctum Crispinum, et inclusi in turre ejusdem loci, ubi fuerunt interrogati et examinati per dominos Officiarios domini Ebreduni, et praesertim per dictum Officialem dominum Petrum Sabine. vz. an ipsi essent de secta Waldensium seu pauperum de Lugduno, sicuti dixerant et confessi fuerant dum essent in periculo ignis; quorum aliqui confessi fuerunt quod ita, et aliqui non, et aliqui fuerunt carcerati et ~~suspensi~~ detenti, ac inde suspensi. Et qui confessi fuerunt sectam modo praemisso, ducti sunt apud Ebredunum ante Ecclesiam Cathedralem, ubi fuerunt cruce signati pro paenitentia.

(margin: Suspensi)

dixit quod crucem sibi impositam dimisit ante tempus sibi praefixum.

Deinde dominus Vicarius et Official. Ebredunen. dixit, quod quia non credit nec intelligit quod mandatum Apostolicum se extenderet ad nonnullos ~~pretensos~~ excessus per dominos temporales ut fertur factos, ideo non intendit quod super illis fiat inquisitio in ejus presentia, immo et mihi notario inhibuit, ne quicquam scribere habeam circa ipsos tales excessus, ex quibus incurri posset irregularitas.

(margin: L'Evesque ne veut qu'on informe des excès des Seigneurs temporels.)

Examinatio Ypoliti Bleni, hospitis de Bezeta.

Interrogatus an sciat vel sciverit aliquos in Argenteria, tenentes aliquos errores aut sectam alienam a fide Christi, dixit quod non, qui habuit aliquos de suspectis ejus vicinis, et cum quibus saepius conversatus est, quorum conversatione nihil cognovit a fide Catholica alienum, immo more aliorum fidelium vivebant et versabantur.

Interrogatus an sciat aut cognoscat aliquos haereticos aut Walden. in loco Ffraxmeriae. dixit quod non cognoscit nec cognovit aliquos tenentes aliquam haeresin, quantum cognoscere potuerit.

Examinatio Caroli Para de Ffraxmeria aetatis quinquaginta annorum.

(margin: Jaques Pari)

Super articulis et secta Walden. interrogatus, ~~recte~~ [vite] ac recte et Catholice respondit, ita quod in prejudiciabilibus dixit contrarium tenuisse

tenuisse et credidisse.

Dixit quod fuit citatus coram judicibus Ecclesiasticis, et fuit cruce signatus, ~~nescit~~ nesciens propter quid.

Interrogatus si confessus fuerit unquam hæresim, dixit quod non.

Dixit quod certi ex Officiariis, qui inquirebant et eum examinabant, comminabant eum de morte, nisi fateretur se Waldensem.

Dixit quod testamentum ejus quondam patris est in scripturis magistri Jacobi Jaqui de Sancto Crispino, in quo cavetur quod idem ejus pater reliquit inter alia certas missas dicendas pro ejus anima.

Thoinette femme de Fazi Rippert.

Examinatio Thomete uxoris ffazii Riperti de ffraxineria, ætatis quadraginta annorum, vel circa.

Super articulis sectam tangentibus hæresim Walden. dixit et respondit recte et catholice, immo in judiciabus dixit credidisse ac tenuisse contrarium.

Marie femme de Guillaume bret

Examinatio Mariæ uxoris Guilielmi Breti de ffraxineria ætatis quadraginta annorum vel circa

Interrogata super articul. sectam et errores Walden concernentibus, recte et sufficienter ac catholice respondit. Dixit quod nescit aliquos hæreticos in loco ffraxineriæ.

Jaques bonnefoy.

Examinatio Jacobi Bonefidey de Pupt, ætatis quinquaginta annorum, vel circa.

Interrogatus super conversatione, et religione, et moribus tangentibus fidem Christi, illorum de ffraxineria, et præsertim an sciat aut viderit aliquos de ffraxineria fuisse vel esse aliqua hæresi infectos, et præsertim Walden, dixit quod non, dixit tamen quod audivit eos diffamari de secta Walden, tamen nescit quid sit illa secta.

Tesmoignage pour.

Dixit ulterius, quod cognovit in gestibus et moribus eorum, eos habere conversationem, et servare vitam et mores fidelium.

Julian de Valle.

Examinatio Cuneti Juliani de Walle, ætatis sexaginta annorum vel circa.

Interro=

Interrogatus an sciat aliquos de valle Loysia suspectos de secta Walden.

Dixit quod non, tamen audivit quandam mulierem de valle, quae con=
fessa erat, ut ipsa dicebat, se confessam vidisse, et confessam fuisse —
Barbis sectae Walden

Quoad illos de Frayxineria dixit, quod non cognoscit aliquos de dicta
valle, quia non consuevit conversari in dicta valle Frayxineria, et —
ideo dixit nescire aliquos esse nec fuisse Walden in eadem valle.

Dixit quod Anth.: Mario de Walle stetit secum pro famulo, quem cognovit,
juxta ejus mores et conversationem, fuisse verum Christi fidelem, nec in
eo vidit vel cognovit aliquid alienum a fide.

Praecipites — Dixit quod illi qui fuerunt praecipitati de rupibus vallis, secundum ejus
judicium et juxta id quod sibi videtur, erant boni et fideles Christiani,
juxta mores et conversationem eorum.

Examinatio Thomae Granetti de valle, aetatis
quadraginta annorum, vel circa.

Interrogatus dixit ut praecedens.

Die vicesima nona Julij.

Anthonius Baridoni de castro Rodulpho, oriundus de Frayxineria, aetatis
quinquaginta annorum vel circa, super secta et articulis Walden inter=
-rogatus. Dixit quod non novit sectam nec articulos ejus, immo totum —
contrarium hactenus tenuit et credidit.

Dixit quod nunquam fuit citatus ~~nec~~ nec examinatus super haeresi —
sectae Walden.

Dixit quod, hoc non obstante, fuit privatus omnibus bonis suis.

Dixit quod omnes qui suspensi fuerunt de Frayxineria, ultra numerum
sexaginta, videri suo, et secundum ejus verum judicium erant boni fide=
les, pro eo quia mores et ~~[illegible]~~ ritus fidelium observabant

Interrogatus si ipsi tales suspensi essent diffamati de aliqua haeresi, et
praesertim Walden. Dixit quod ita, a suis inimicis.

Dixit quod nullus fuit factus contra eum processus super ipsa haeresi.

Dixit quod Durandus Baridoni, ejus quondam patronus, fuit detentus
et ~~incarceratus~~ per quinquennium per quendam ~~[illegible]~~ [illegible] Dominum Archiepiscopum, licet esset bonus
fidelis; et ita videns eum male tractari, dubitans de proprio inconveni=
-enti, aufugit apud provinciam, et eo absente a patria, fuerunt omnia
ejus

Bona occupata. ejus bona occupata, per Officiarios Dni Ebredunen.

Dicta die, Johannes de Burgo.

Johannes de Burgo de Sancto Crispino, aetatis quadraginta annorum, interrogatus si, conversando cum illis de ffrayxineria, cognoverit eos esse fideles, et mores veri fidelis habentes, dixit quod ex extrinseca demonstratione cognovit eos habere gestus et ritus fidelium, tamen sunt diffamati de secta Walden, tamen nesciret judicare si diffamationes respondeant veritati, vel non; subjungendo quod persone Curiarum ut plurimum habebant eos suspectos de eadem secta. dixit de congregatione nocturna fuisse, et esse vox et fama.

Dominus Glaudius Humbert, capp.us de Chancellata, aetatis quadraginta annorum.

Interrogatus de vita, moribus et fidei integritate, ac conversatione illorum de ffrayxineria, dixit quantum novit et scire valuit conversando cum eis, nihil vidit aut cognovit a vera fide catholica alienum.

Interrogatus an unquam audivit ab aliquibus de ffrayxineria se credidisse non esse purgatorium, et alios errores quos tenent Walden, dixit quod fuit ~~ters~~, quando quidam Petrus Walon habitator Sancti Andreae oriundus de ffrayxineria, fuit sententiatus et judicatus hereticus Walden, et tunc fuit publice predicatus ejus processus, in quo multi errores continebantur, et quos idem Walon se tenuisse tunc confessus est sponte, et de quibus erat valde penitens.

Honoratus de Burgo de Sancto Crispino, aetatis viginti quinque annorum, vel circa.

Interrogatus de vita, conversatione et catholicae fidei integritate illorum de ffrayxineria, dixit quod juxta conversationem illorum de ffrayxineria, et quantum ad eorum gestus et extrinsecam demonstrationem, nihil cognovit a fide catholica alienum.

Interrogatus de fama eorum, an reputentur veri christiani, vel non, dixit quod ipsi omnes de ffrayxineria sunt et fuerunt diffamati de heresi Walden, a pluribus probis viris etiam.

Girandus Ruffi de ffrayxineria, aetatis quadraginta annorum.

Super articulis et secta Walden recte et catholice respondit. dixit quod prosequutus est apud Curiam ~~ep~~ spatio sex annorum.

dixit

dixit quod nunquam cognovit nec scivit aliquos hereticos seu Walden
in dicta valle.
dixit quod fuit citatus coram Rev.mo et d.no Ebred, sunt circa decem
anni ipse et etiam multi alij in numero centum vel circa, et omnes
comparuerunt infra civitatem, cui et quibus tunc fuerunt Ebred,
dominus Johannes Raboti, d.nus Orontius eius judex Brianconesij,
do: de sporto dixerunt, quod nisi confiterentur se Waldenses, alio
nihil agerent seu facerent, quibus auditis, reversi fuerunt ad eorum
parochiam.
Item do: de sporto sibi ~~dixit~~ dixit infra locum de ffraxinieria, prima ~~vel~~ vice
qua ipsa vallis fuit invasa per magnam copiam hominum, quod nisi
confiterentur heresim Walden, morirentur.
Item fuit cruce signatus ex ordinatione d.ni de Capitaneis in Ebreduno,
et tandem confessi sunt ipse et alij heresim, per metum mortis, et alio
quicquid placuit eis, qui eos violenter cepperunt.
dixit quod fuit sibi datum tempus differendi crucem per tres annos
de quibus illam detulit uno anno, cum dimidio vel circa.

Dominus Jacobus Chabom capp.nus de Chan-
cellleta, etatis triginta annorum.

Interrogatus de moribus et fide illorum de ffraxinieria, vz an sciat
quod ipsi sint veri fideles, tenentes veram fidelium religionem,
dixit quantum vidit, et cum eis conversando cognoscere potuit, quod
habent ritum et morem Christianorum.
Interrogatus an sint defamati de secta Walden, dixit quod ita.

Ego autem Vincentius Gobaudi notarius pu.nes quia premissis examina-
tionibus tanquam scriba pro parte Rev.mi in xpo d.ni d.ni Archiepi
Ebred adhibitus ~~[illegible]~~ presens personaliter interfui, deque eisdem acta sumpsi, ~~[illegible]~~
hic me subscripsi et signavi,

[signature] Gobaudi

Numero. 1.

Examinatio facta per d.num Sistaricen
in ffraxsinieria super cria Walden.
Origine des Vaudois et les faicts du procureur d'Eglise contre eux.
Information prise par Vincent Gobaud.

In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis Eiusdem millesimo quadringentesimo octogesimo tertio die vero vicesima quinta mensis Augusti universis et singulis tam præsentibus quam futuris hoc præsens Instrumentum visuris lecturis et audituris notum sit, et manifestum. quod existentes et personaliter constituti Johannes Goyrand. Consul. Magister Petrus Bertrand Not.[us] Varninus Raymond loci de fraxineria Johannes Ausson Johannes Violim (alias le gros.) loci de Argenteria et Ludovicus Ausson loci vallo loyse Ante præsentiam et Conspectum Reverend.[mi] Domini in Christo patris et domini nostri Ebredensis Archiepiscopi in loco subscripto, et in præsentia mei Not.[ri] et testium subscriptorum Eidem Reverend.[mo] domino nostro Ebredensi Archiepo exhibuerunt, et præsentaverunt quandam papiri Cedullam supplicationis sive Requisitionem in se continentem, cum quibusdam aliis litteris etiam in papiro scriptis cum Cera Rubea clausis, nulla impressura cuiuscumque sigilli in eisdem impressi nec apparentis et quadam supp.[na] infra easdem litteras introclusa quarum tenores separatim hic sequuntur et primo dictæ Cedulæ.

Monsieur les bonnes gens de la valoise fraissiniere et les consorts poursuivants et plaideyants leurs droicts et Innocences torts et griefs par et devant a eux faicts, et par devant Messieurs du grand Conseil du Roy et a lencontre de vos officiers et autres commis et nommes aux procés, pendant lequel combien quil ne vous fust loisible d'attempter ou faire aucune chose a lencontre d'eux no au preiudice d'eux et de lad litispendence et inhibitions a occasion d'icelle a vo faictes. pource que depuis et au preiudice de ce que dit est aucuns d'iceux et aucuns d'eux, leurs consorts et adherants traict en iugement et faict citer et appeller par devant vous, et aucuns d'eux persecuttion et autrement mis en procés touchant la foy, admonnestes et excommunies publiquement et particulierement menacés et commis de prendre, et emprisonner et plusieurs autres grands entreprises et attemptats au preiudice de lad litispendence, lesq. Manans et consorts vo presentent

En vo[us] Roy[aut] que veillez faire & accomplir le contenu en ladite
Requeste & revoquer tout ce que a esté fait & entrepris & attempté
par vo[us] & par vos deputez officiers & messagers a l'encontre d'eux & de
lad. [requeste] respondeure demandant de lad. presentation requeste & de la
Response & reparacion telle que ferez ou vouldrez faire. Et icelle
Rapportee a Messieurs du grand Conseil incontinent, & les affixions
pour tesmoignage & aud. intimacion, quau vue de vo[us] & de ce que
fait aura esté, Ils s'en feront tout incontinent faire le rapport
a mesd. seigneurs pour obtenir provision telle que de raison, et
+ Inferiores litteras clause. Monseigneur frere l'archevesque
d'Ambrun Conseiller du Roy... Tres chier frere no[us] recommandant
a vous. Les manants & habitants de la Vallouise, Fressinieres, et
Argentiere ont fait presenter au Roy la requeste que vo[us] envoyons
cy enclose laquelle le sire no[us] a renvoyé pour sur le contenu en
icelle pourvoir comme il appartiendra par raison. Et pource
comme disent Il y a proces pendant indecis par devant no[us] au
Conseil du Roy allencontre desd. habitants touchant les choses dont
en lad. requeste est faicte mention Il a semblé que toutes commissions
Censures & exploits doyvent sursoir et estre tenus en suspens et
surseance & que devez absoudre les excommuniez si aucuns y en a
Jusques a ce que le proces soit jugé & que par le Conseil autrement
en soit ordonné & vo[us] prions qu'ainsy le veillez faire en maniere
que lesd. habitans n'ayent cause de s'en retourner plaintifs devers le
Roy. Tres chier frere nre seigneur soit garde de vous.
Escrit a Tours au grand Conseil du Roy le 23 jour de
Juillet. Les Chanceliere & gens du grand Conseil du Roy
+ Vero et subsequitur tenor supplicationis in premissis litteris introclusa
Au Roy nostre sire. Supplie tres humblement vos povres humbles
& loyaux subjects les manants & habitans de Vallouise, Fraissinieres,
Argentiere de vostre pais du dauphiné disants que combien que les
supp[li]ants soyent bons catholiques & vrays chrestiens & qu'ils croyent
explicite en tout & par tout ce que croit saincte mere eglise. Et non-

16

obstant aucuns des officiers de l'Archevesque d'Ambrun & autres
leurs adherents afin de piller lesd. supp.^antz & piller leurs biens
leur ont imposé contre verité qu'ils estoyent heretiques & qu'ils souloyent
des erreurs & superstitions contre la foy Chrestienne & soubs ombre de
faire inquisition de la foy ont depuis vingt cinq ou trente ans faict
plusieurs grandes pilleries, exactions & concussions contre lesd. supp.^antz en
ont prins les aucuns & faict mourir inhumainement en prison, et
bastus par tortures & autrement a tort sans cause & contre toute
depuis 25. ou trente ans — raison & justice & tellement ont esté lesd. supp.^antz vexés & molestés qu'ils
en 1583. — eussent esté contraincts de vuider & abandonner le pais, s'il ne vo. eust
pleu leur pourvoir de vostre bon remede de justice & pource que lesd.
supp.^antz se vindrent rendre plaintifs par devers vo. ordonnastes commissaires
trois de vos conseillers de vostre court de parlement de paris po. enquerir
la verité desd. excès & pilleries & rançonnements, par devant lesquels
Me paris. — lesd. supp.^antz ont long temps poursuivy la reparaon desd. excès. Et
finallement led. procès a esté evoqué par devant vous & noss. seigneurs
de vostre grand conseil passé quatre ans & combien que par led. procès
fut prohibé aud. Archevesque ne attempter aucune chose. Ce non-
obstant led. Archevesque & ses officiers & leurs adherants en haine de lad.
litispendance mespris & contempt desd. inhibitions faictes de par vo. &
pour cuidder empescher la definitive dud. procès & subvertir le vray
jugement & la justice droicturiere & soluz soubs couleur de certaines
informaons apostées n'agaires faictes par led. Archevesque & par
un nommé Michel paris son secretaire & familier & le plus
principal ennemy et partial desd. supp.^antz coulpable de ses pilleries
coustumier & repris de faulseté & de plusieurs crimes & au moyen
de certaine commission qu'il se dit avoir obtenu en Chancelerie
du daulphiné par le moyen port & faveur de Messire Geoffroy de l'Eglise
l'un des conseiller de vostre court de parlement de daulphiné, ont depuis
certain temps & depuis led. procès pendant par moyens subtils mis en
procès en matiere de la foy la plus part des manans & habitans desd.
lieux & parroisses & iceux iniquement faict travailler & adiourner
pour respondre de fide: sans ce que lesd. soyent rapportés ou chargés
d'aucun erreur superstitieuse vehementement le tout en haine

dicts procès pendant pardevant vous nosseigneurs de vostre grand Conseil. Ces choses considerées, Il vous plaise ordonner que inhibition et deffense soit faicte aux Archevesques et leurs adherants sur certaines et grandes paines quils n'attentent aux biens ne aux personnes desdicts supp.ants aussy quils ne procedent contre eux par prinse de corps, adiournement personel pour raison des choses dont pend procès aud. grand Conseil, en mettant lesdicts supp.ants en vostre seurete et sauvegarde speciale. Et en outre attendu que lesd. informations et procedures faictes contre lesd. supp.ants et sans commission, ne authorite de vous nosseigneurs dud. Conseil, ne sont que procedures d'attentats et attemptas. Il vous plaise ordonner que lesd. procès et procedures faictes allencontre desd. supp.ants soyent mettées aud. procès ainsy pendant en vostre grand Conseil et vous ferez bien et justice et lesd. supp.ants prieront Dieu pour vostre bonne ~~sante~~ et prosperité.

Quibusquidem Cedula, litteris, et supp.ne supra insertis per memoratum Reverend.um dominum nostrum Ebredunensem Archiep. alta et intelligibili voce in praesentia praenominatorum de Fressin. Argenteria, et Valle Loyse lectis quaesiuit ipse Reverend.us dominus Archiepus ab eisdem si omnes de dictis universitatibus scilicet Fressinieria, Argenteria, et Valle Loyse instabant et supplicabant ac instari et supplicari fecerant, ut in dicta supp.one praemissa continerentur, qui quidem Johannes Violim alias Gros, et cum eo existentes ~~fuerunt~~, et responderunt quod non. Sed solum ipsi praesentes, et de dictis universitatibus querellantes. Tunc vero praefatus Reverend.mus Archiepiscopus quaesiuit ab eisdem qui erant illi querellantes. et cum nullos vellent nominare, eisdem dixit quod quoties, toties asserent, et eorum nomina, et in forma probanti sibi facerent fidem, quod ipsi potiunt, et instant in praemissis litteris et supp.one et pro illa approbant, Tunc dictis respondere, et ulterius cum ipse Geyraud Johannes Grossy et caeteris cum eis adstantes petierunt, quod praefatus Reverend.mus dominus Archiepus vellet aliquos sua authorita

Excommunicatos Absoluere. Respondit dictus praefatus Reverendissimus Dominus Archiepiscopus quod quum humilitate beneficium Absolutionis petierunt, et voluerunt facere, quae sperata de Jure facere debent quod semper esset paratus eos Absoluere, et quod in praedicta Supplicatione multa quae suos officiales, et praesertim Ipsum secretarium de falsitate, et diversis alijs Criminibus Notando Narrabantur petijt ipse Reverendissimus dominus Archiepiscopus ab eisdem Goyraud, Johanne Violin, et Caeteris cum eis Existentibus, si ea volebant Manutenere qui Responderunt, quod non. Sed tunc dixit praefatus Johannes Violin furiose haec verba nos vos envoyerons querre de plus fortes et plura alia verba sive Reverentia quasi Injuriosa Contra personam Reverendissimi domini Ebredunensis Archiepiscopi proferendo de quibus omnibus et singulis praemissis, praefatus Reverendissimus Archiepiscopus petijt sibi fieri publicum Instrumentum, et publica Instrumenta unius et Ejusdem Tenoris, et tot quot his voluerit, et erunt ei Necessaria per me Notarium publicum subscriptum. Acta sunt haec infra Castrum de Guillestram in Civitate praesentibus venerabilibus et providis domino desiderio, Martini presbytero, honeste Jadonio Rambaud, Mathurino David Capitaneis turrium Gommet bajulo Ejusdem loci valentino, cum Johanne Lanceti, Johanne Megrin, et alijs pastoribus de Guillestra Testibus ad praemissa vocatis et Rogatis et Caetera les habitans outremonts au Roy ou dauphine a Monsieur Samdram et a messieurs du grand Conseil lesquels vous testitnent ensemble la requeste cerlest les lettres Lesquelles lettres leys Manons et Caetera

Testo me Johanne Ollion Apostolica Imperiali et dolphinatus Auctoritatibus Notario publico qui praemissis omnibus et singulis dum in modum praemissum agerentur et fierent una cum supranominatis testibus praesens personaliter Inter fui et de eisdem requisitus notam sumpsi ex qua hoc praesens publicum Instrumentum manu mea propria extraxi, scripsi, et grossavi et in hanc formam publicam redegi et facta debita Collatione cum eisdem utrumque concordare Inveni. Ideo me hic subscripsi, et signo meo quo in talibus utor signavi in fidem praemissorum.

Reqte presentee au grand Conseil par Ceux de Freissiniere sur les Attemptats de l'Archeuesque d'Ambrun faicts au preiudice de la Litispendance auecq l'Intimaon Aux Archeuesque & Copie de la Lettre a luy Escrite par Messieurs du Grand Conseil.

Anno dom. 1483

l par Ceux de
l'Archevesque d'Am[...]
[...]nce aucq l'Intima[...]
[...]tre a luy escrite pa[...]
[...]no dom. 1483.

2 Mai/ 1487.

Bulle & Commission des [...]ple du pape Innocent huictiesme Contre les Vaudois. 19

Albertus de Capitaneis juris utriusque Doctor, Archidiaconus Ecclesiæ Cremonensis et Placensis de Verra, ordinis prædicatorum, sacræ Theologiæ professor, hæreticæ pravitatis Inquisitor, et in hac parte Nuntij et Comissarij, a sanctissimo in Xpo patre Dño nro Dño Innocentio, divina providentia papa octavo, specialiter deputati etc. Universis et singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, plebanis, Viceplebanis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, tam Cathedralium quam Collegiatarum Canonicis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu eorum locatenentibus Curatis et non Curatis, Vicarijs perpetuis, Altaristis, ceterisque presbyteris, Clericis, Notarijs, et Tabellionibus publicis ac servientibus; et Mistralibus ẜualibus, et quarumcunque Curiarum tam spiritualium quam temporalium Nuntijs juratis per Civitates et Dioces Ebredunen, Lugdunen, Vien, aut alio ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solid, illique vel illis, ad quem vel ad quos nræ pntes, imo verius Aplicæ træ pervenerint seu psentatæ fuerint, salutem in Domino. Et nostris huiodi, imo verius Aplicis firmiter obedire mandatis, Iras seu bullas Comissionis nræ Aplicas, debite sigillo plumbeo cum chordula canapis in pendenti more Romanæ Curiæ bullatas, sanas et integras, nec in aliqua earum parte de vitio falsitatis suspectas, sed omni prorsus vitio et suspitione carentes, Nos, cum ea qua decuit reverentia, noveritis recepisse hujusmodi sub tenore.

Innocentius Epus servus servorum dei, dilecto filio Alberto de Capitaneis, Archidiacono Ecliæ Cremonensis. Ad dominia dilecti filij nobilis viri Caroli ducis Sabaudiæ, citra et ultra montes dalphinatum, Viennen et Sedunen Civitatem et Dioces, ac illis adjacentia loca, nro et Aplicæ sedis Nuntio et Comissario salutem et Aplicam benedictionem. Id nri cordis precipue vota deposcunt, ut pro quibus super eorum adscribendis cætui, ipse omnium summus Rex opifex humanos languores perpeti voluit, Nos quibus eregis

sui

qui curam regimenque comisit, illos ab errorum precipitijs vigilanti -
curemus eripere studio, ut eorum saluti (divina nobis cooperante gratia)
iugiter intendamus. Ad nostrum (qui desideranter in votis gerimus, ut
fides Catholica nostris prosperetur temporibus, et pravitas haeretica de finibus
fidelium extirpetur) Non sine displicentia grandi pervenit auditum, quod
nonnulli iniquitatis filij, incolae provinciae Ebredunen, sectatores illius -
perniciosissimae et abominabilis sectae hominum malignorum, pauperum
de Lugduno seu Valdensium nuncupatorum, quae dudum in partibus -
pedemon et alijs circumvicinis (procurante satore malorum operum,
qui per studiosa diverticula et precipitia latebrosa oves deo dicatas illa=
-queare, et demum ad perditionem animarum perducere mortifera -
sagacitate conatur) damnabiliter insurrexit sub quadam simulata -
sanctitatis specie. In reprobum sensum ducti, a via veritatis ve=
-hementer aberrant, et superstitiosas ac haereticas ceremonias sectan=
-tes, quamplurima orthodoxae fidei contraria, et oculos divinae ~~veri~~=
majestatis offendentia, ac grave in se animarum periculum con=
-tinentia dicunt, faciunt et comittunt. Et cum dilectus filius Blasius
de Monteregali, ordinis praedicatorum, et Theologiae professor, -
Inquisitor generalis in partibus illis; per olim generalem magistrum dicti
ordinis, ac deinde per dilectum filium nostrum Dominicum tituli sancti -
Clementis presbyterum, Cardinalem in partibus illis, Apostolicae sedis Legatum,
pp iiij moriz: Et demum per felicis recordationis Sixtum papam quartum, immediatum
praedecessorem nostrum, ad huiusmodi et alios quoscunque errores extirpandum
destinatus, ad provinciam ipsam se contulisset, ut eos ad abjuran=
-dum errores praedictos et veram Christi fidem profitendam induceret;
more duri aspidis aures suas obturantis, nedum pessimos et per=
-versos errores suos deposuerunt, quinimo mala malis addentes,
illos publice praedicare, et praedicationibus huiusmodi alios Christi fideles
in eosdem errores protrahere, ejusdem Inquisitoris excommunica=
-tiones et interdicta aliasque censuras vilipendere, domum habitationis
ejusdem subvertere, et quae in ea erant nonnullorumque aliorum -

fidelium

fidelium bona diripere et depraedari, ejusdemque Inquisitoris — famulum interficere, certamen hostili more inire, eorumque dominis temporalibus resistere, et illorum bona depraedari, ipsosque et eorum familias a suis parochiis profugos facere, domos incendere seu evertere, et a redditibus privatos tenere, et quae potuerunt omnia — damna inferre, infanda quoque alia detestabilia ac abhorrenda facinora perpetrare veriti non fuerunt. Nos igitur huiusmodi sectam — detestabilem et praemissos ipsius execrandos errores, ne propagentur — ulterius, neve per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur, (prout ex debito pastoralis officii tenemur) evellere et radicitus ab Ecclesia Catholica extirpare, ac huiusmodi temerarios ausus reprimere cupientes, omnes conatus nostros adhibere, omnemque sollicitudinem impendere decrevimus. Ac sumentes de tuis litterarum scientia, consilii maturitate, fidei zelo, et in agendis experientia in Domino fiduciam specialem; pariter et sperantes quod ea, quae tibi pro huiusmodi extirpandis erroribus committenda duximus, probe et laudabiliter exequeris. Te nostrum et Apostolicae sedis Nuncium et Commissarium, ad dominia dilecti filii Caroli Sabaudiae ducis, ac Dolphinatum, Viennen Civitatem, et dioeces. Sedunen, et illis adjacentia, provincias, civitates, terras et loca quaecunque, pro hac Dei et fidei causa in Nuntium duximus destinandum, ut eundem Inquisitorem ad sui officii liberum exercitium recipi et admitti facias, et eorundem nefandissimorum Waldensium sectae sectatores, et alios haereticae pravitatis cujuslibet labe pollutos, ad abjurandum eorum errores et parendum mandatis Inquisitoris ejusdem, et tuis opportunis remediis inducas. Et ut id tanto facilius efficere valeas, quanto major fuit tibi per nos data facultas et authoritas attributa, tibi per te, vel alium seu alios monendi et instantissime requirendi universos Archiepiscopos et Episcopos in Ducatu Dalphinatu et adjacentibus locis praedictis (Constitutos quos in partem sollicitudinis nobiscum evocavit Altissimus) eisque in virtute sanctae obedientiae — mandandi, ut una cum venerabilibus fratribus nostris, locorum — Ordinariis, vel eorum Vicariis, seu Officialibus generalibus; in —

quorum

quorum Civitatibus et diocesi duxeris ad premissa procedend et injunctum tibi officium exequend; et cum Inquisitore prefato, viro utique literarum scientia predito, et fervore fidei ac zelo salutis animarum accenso (si tibi in premissis assistere, et una tecum ad eorum executionem procedere potuerint vel voluerint) adversus Waldenses predictos, et alios quoscumque hereticos armis insurgant, eosque veluti aspides venenosos commutatis[*] in virem processibus conculcent. Et ut populi eorum, cure crediti in confessione vere fidei persistant et roborentur, diligenter procurent, et ad eorundem hereticorum tam sanctam tamque pernecessariam exterminationem et dissipationem, adhibeant omnes conatus omnemque sollicitudinem impendant promptis animis, ut tenentur, nilque ex iis que ad id conferre possit omittant requirend. Insuper tam charissimum in Christo filium nostrum Carolum, Francorum Regem illustrem, et dilectos filios Nobiles viros, Carolum Sabaudie, et locorum adjacentium predictorum duces, principes, Comites et temporales dominos Civitatum, terrarum et locorum, universitates et superioris Alamanie confederatos, ac alios quoscumque Christi fideles illarum partium, ut, sicuti eum defensionis Orthodoxe fidei, quam in susceptione sacri baptismatis professi sunt, et cause domini nostri Jhesu Christi per quam reges regnant et domini dominantur, assumant; et eisdem Archiepiscopis, Episcopis, et tibi, ac Vicariis seu Officialibus generalibus predictis, ac Inquisitori, opportunis favoribus, et seculari eorum brachio (prout expedire cognoverint in executione tam pernecessarii et salutaris inquisitionis officii huiusmodi) assistant, et adversus eosdem nefandissimos hereticos pro defensione fidei, pro salute patrie, pro tuitione propria et suorum omnium se ardenter opponant, et illos exterminare et delere procurent. Etsi expedire putantes,[x] universos fideles earum partium, ut contra eosdem hereticos, salutifere crucis signo in cordibus et vestibus assumpto, viriliter pugnent, per idoneos verbi Dei predicatores crucem sive cruciatam predicantes exhortari, et induti faciendi ac cruce signatis

et contra

[*] convocatis

[x] aut putamus.

et contra eosdem hæreticos pugnantibus, vel ad id contribuentibus,
ut plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem,
ordinationem juxta tuam desuper ordinationem, semel in vita et etiam in mortis
articulo consequantur, concedendi; Præcipiendi quoque, in virtute
sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quibuscunque
idoneis verbi Dei prædicatoribus, secularibus, et cuiuscunque ordinis
etiam mendicantium, exempti et non exempti, regularibus, ut
eosdem infideles excitare et inflammare debeant, ad huiusmodi
labem vi et armis de medio exterminandam. Et ut suis viribus et
facultatibus occurrant, ad commune periculum repellendum mandandi;
absolvendi insuper, sic crucem assumentes, pugnantes, vel contri-
buentes et conferentes, ab omnibus et singulis Ecclesiasticis sententiis, et
censuris et pœnis, quibus forsan qualitercunque ligati forent; præter-
quam ab homine specialiter latis, a quibus ligatos prævia satisfactione,
vel parte consentiente duntaxat absolvendi. Necnon cum eis
dispensandi super irregularitate, divinis se immiscendo, vel ex apostasia
quemlibet contracta, et super occultis vel male perceptis, ac bonis
indebite acquisitis, incertis, in expugnationem hæreticorum duntaxat
convertendi, concordandi, et componendi quæcunque, etiam cum juramento
peregrinationis et abstinentiæ, ac alia emissa vota castitatis et in-
gressus religionis ac ultramarino et visitationis liminum Apostolorum,
ac Ecclesiæ Sancti Jacobi in Compostella (votis duntaxat exceptis) quibus-
cunque in defensionem Catholicæ fidei, contra hæreticos venientibus et
pugnantibus, seu ad id contribuentibus, vel tantum dantibus, quantum
verisimiliter expositi essent in transitu ad loca debita, vel aliis
debitis, pensatis locorum et personarum qualitatibus, prout tibi seu
per te ad hoc deputandis confessoribus idoneis videbitur in hoc
ipsum commutandi. Præterea super ipsa cruciata et congregando
exercitu in ducem belli et capitaneum, unum vel plures idoneos
tuo et Ecclesiæ Romanæ nomine eligendi, deputandi et confirmandi,

et ut

et ut omnes hoc ad laudem et defensionem fidei suscipere et fideliter
gerere velit, et ut reliqui omnes ei vel eis obediant pariter et
intendant, iniungendi ac mandandi. Bona quæcunq; mobilia et imobilia
hæreticorum, quibuscunq; licite occupandi, concedendi et locandi, ac ea
quæ hæretici ad terras Catholicorum vel econtra ex terris Catholicorum
ducerent aut duci facerent, in prædam dandi; omnibus quoq; in ser=
-vitijs eorundem hæreticorum existen. ubicunq;, ut infra terminum —
per te eis præfigend., discedant, sub pænis de quibus tibi videbitur,
mandandi; illosq; ac Ecclesiasticos et seculares quoscunq;, cuiuscunq;
dignitatis, ætatis, sexus vel ordinis, existant sub excois, suspensionis
et interdicti pænis, monendi et requirendi, ut mandatis Aplicis reve=
-renter obediant et intendant, ac ab omni comercio hæreticorum —
prædictorum abstineant; Ac eos et alios quoscunq;, qui eis ex quovis
contractu vel alio qualitercunq; tenerentur vel obligarentur, ad
aliqua illis servanda et solvenda nullatenus deinceps obligari, et
ad id posse compelli ead. aucte declarandi; Ac quoscunq; tuis moniti=
-onibus et mandatis non parentes, cuiuscunq; dignitatis, status, —
gradus, ordinis vel præeminentiæ fuerint, Ecclicos dignitatibus —
officijs et beneficijs, seculares vero honoribus, titulis feudis et privi=
-legijs suis, exigente eorum inobedientia et rebellione, privandi,
et beneficia alijs idoneis, de quibus tibi videbitur; etiam quæcunq;
quotcunq; et qualitercunq;, beneficia Ecclica obtinentibus et expec=
-tantibus conferendi, ac privatos huiusmodi ad similia et alia imposterum
obtinenda inhabiles perpetuo et infames decernendi: necnon cen=
-suras quascunq; iustitia, rebellione vel inobedientia exigente, prout
tibi videbitur, fulminandi, et interdictum ponendi, ac positum ex
bonis causis et respectibus, sicut expedire vel utile aut necessa=
-rium cognoveris, tollendi vel penitus seu ad tempus suspendendi; præ=
-cipue vero per eos dies, in quibus forsan publicandæ essent indulgentiæ
aut cruciata prædicta; necnon contra dictum omnis generis, arma, et
alia prohibita eisdem hæreticis et complicibus suis afferentes, aliosve
auxiliatores, fautores et consultores, ac receptatores eorum publicos vel
occultos

occultos et quovis modo impedientes seu perturbantes tam salutaris ne-
-gotij executionem, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura
judicij, sola veritate inspecta procedendi, et omnes et singulos
transgressores, censuras et poenas, tam spirituales quam tempo-
-rales, in talia facientes a jure inflictas incurrisse; etiam decla-
-randi; poenitentes et reverti volentes ad gremium Ecclesiae, si id humi-
liter petierint in forma Ecclesiae consueta; etiam si juramentum
praestitissent de fovendo haereticis, et ad eorum stipendia militassent ac
arma, commeatum et res ad victum necessarias et alia prohibita
eisdem haereticis subministrassent, dummodo per praestationem alterius
juramenti quittant, aut alio idonee caveant, quod deinceps mandatis
nostris et Ecclesiae ac tuis parebunt; etiam si civitates et universitates, ac
particulares personae fuerint, cujuscunque status, ordinis vel praeeminentiae
fuerint, ac quacunque Ecclesiastica vel mundana praefulgeant dignitate, —
absolvendi, rehabilitandi, ac ad honores, dignitates, officia, beneficia,
feuda, bona et jura sua omnia, ~~aliaque et singula~~, ad ~~hoc salutare~~
~~negotium necessaria seu quolibet opportuna~~] in pristinum statum
restituendi et reponendi; necnon omnia alia et singula ad hoc salu-
-tare negotium necessaria seu quolibet opportuna; etiam si talia essent —
speciale + quae mandatum exigerent ~~a solo~~, et in generali commissione non cade-
-rent, gerendi, disponendi, exercendi, faciendi, statuendi, ordinandi,
mandandi et exequendi; ac contradictores quoscunque, per censuras
Ecclesiasticas et alia opportuna juris remedia, appellatione postposita, com-
-pescendi, et, si opus fuerit, auxilium brachij secularis invocandi, —
plenam et liberam tenore praesentium facultatem, licentiam et auctoritatem
concedimus, et impartimur privilegijs, exemptionibus, literis et indultis
Apostolicis quibuscunque, in genere vel in specie, per nos vel sedem praefatam,
sub quavis verborum forma et expressione concessis; quae omnia in quantum
effectui praesentium obviare, vel retardare illum possunt, pro insertis et
non concessis habitis volumus, et viribus evacuamus; caeterisque contrarijs
quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim a praedicta sit sede

indultum

indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut suis dignitatibus et beneficiis privari, seu alia quavis pena mulctari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Tu igitur dilecte fili, onus tam meritorii negotii devota mente suscipiens, te in illius executione sic sollicitum, ac verbo et opere studiosum, et diligentem exhibeas, quod ex tuis laboribus (divinâ tibi favente gratiâ) fructus sperati adveniant, tuque per sollicitudinem tuam, eam, quae pias causas gerentibus pro retributione impenditur, palmam gloriae non solum consequi merearis, verum etiam apud nos et sedem apostolicam non immerito valeas de exactissima diligentia et fideli integritate ~~ulterius~~ uberius commendari. Et quia difficile esset praesentes litteras ad singula, ubi illae essent necessaria, loca transmittere, volumus, et apostolica auctoritate ~~decernimus~~ determinimus, quod earum transumpto, manu

orig: munito x alicujus publici notarii subscripto, et alicujus praelati ecclesiastici invento plena fides adhibeatur, et illi stetur firmiter, sicuti originalibus staretur litteris, si forent exhibitae vel ostensae. Datis Romae apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicae Millesimo

1487 Quadringentesimo Octuagesimo sextimo, quinto Kal: Maii, pontifi-

ut orig -catus nostri anno tertio. Hr. Balhamy

Post quarum quidem litterarum

5. ltre sive bullarum apostolicarum praesentationem et receptionem nobis, et per nos, ut praemittitur, factas, quia pro parte reverendissimi in Christo patris et domini, domini Archiepiscopi Ebredunen. et ejus procuratoris fiscalis nobis extitit expositum. Qui praelibatus reverendissimus Archiepiscopus Ebredunen., contra nonnullos de crimine hereticae pravitatis suspectos, in ejus diocesi existen. et in pede montium nominand. viriliter processit, et de fide responsuros coram eo vocari fecit, sub sententiae excommunicationis et aliis censuris et poenis; qui tamen contumaciter coram eo comparere et respondere neglexerunt, poenas et censuras ipsas contumaciter incurrentes: propter quod ab eodem domino Archiepiscopo Ebredunen. fuerunt vinculo sententiae excommunicationis et censurarum Ecclesiasticarum innodati. Et quod ~~Nichilominus~~ nihilominus quidem reverendus dominus Thomas capitis nigri praetensus judex praetensae primatiae Viennen., praetendens se habere superioritatem et potestatem, tales sic de fide suspectos, contra

quos

quos per dictum Dnum Archiepum extitit processum absolvendi, ad
instan[tiam] praedictorum suspectorum de fide et Inquisitorum eid[em] dno Archiepo
inhiberi, fecisse dicitur, ne contra eosdem, ad ulteriora procederet, ad -
procedendum in causa asserta appellationis parte eorundem suspectorum, in
genere ab eodem dno Archiepo, interposita coram eodem ad diem 28am
mensis hujus. Idem dns assertus judex primatiae Viennen[sis] citari
mandasse dicitur, expresium procuratorem fiscalem praelibati Revmi -
dni Archiepi Ebredunen[sis], ad videndum dictis suspectis beneficium -
Absolutionis impendi. Et alia sic vel aliter, prout in dictis assertis
lris desuper confectis et processu apparere dicitur. Ad quas, quatenus -
expediat, pro sufficienti in eis contentorum narratione, citra tamen
illarum approbationem, nisi in concernen[tibus] ~~fauore~~ fidei debita habeatur,
relatio, dicitur contineri. Et quoniam praedicta tangunt et con=
-cernunt officium comissionis nrae praedicta, idcirco auctoritate Aplica, qua
vigore praeinserte comissionis nrae fungimur in hac parte, et nobis
comissa, causam et causas, praedictam et praedictas, cum dependen[tibus] et
emergen[tibus] et connexis, de et pro ac ex eisdem annexis et toto principali -
negotio ad nos advocantes, vos omnes et singulos supradictos,
quibus praesentes nrae, imo verius Aplicae lrae diriguntur, tenore -
praesentium requirimus, et monemus primo, secundo, tertio, et peremptorie,
vobisque et cuilibet in solidum, in virtute sanctae dei obe=
-dientiae. et sub excois sententiae pena, quod in vos et vestrum -
quemlibet, trina et canonica monitione praemissa, sedentes pro -
tribunali ferimus in his scriptis, nisi feceritis quae vobis in hac
parte praecipimus et comittimus, districte praecipimus, comittimus et
mandamus. quatenus infra trium dierum spacium post praesentationem
seu notificationem praesentium, vobis aut ~~super hoc fueritis requisiti~~, ~~seu~~ alteri
vestrum ~~fuerit requisitus~~ fiend[am] et postquam pro parte praefati -
procuratoris fiscalis praelibati dni Archiepi Ebredunen[sis] vigore -
praesentium, super hoc fueritis requisiti, seu alter vrum fuerit requi=
-situs, immediate subsequentes. Et quorum trium dies unum pro
primo, unum pro secundo, et reliquum pro tertio et peremptorio

fauen
x
fauor

termo

terminis

teris ac monitione canonica assignamus; Ita tamen quod in iis exequendis unus vestrum alium non expectet, nec alius pro alio se excuset, praefatos de fide suspectos in pede praesentium nominandos, et quamcunque aliam personam pro eis intervenien. seu intervenire et defendere volentem, ac omnes et singulos alios sua coniter vel divisim interesse putantes, in eorum proprias personas, si commode apprehendi poterint. Alios autem in hospitiis habitationum suarum, si ad eam vel ad eas vobis pateat tutus accessus, vel in parochiali seu parochialibus Ecclesiis, [sive in cathedrali praefata Civitatis Ebred., aut dictis parochiali seu parochialibus Ecclesiis,] aliisque Ecclesiis et locis publicis quibuscunque, ubi, quando et quoties expediens fuerit, intra missarum et aliarum divinarum horarum solemnia, dum ibim populi multitudo ad divina audienda convenerit, seu alias congregata fuerit, ex parte nostra, imo verius Apostolica, publice alta et intelligibili voce peremptorie citetis et citare curetis. Ita tamen quod citatio huiusmodi ad ipsorum citandorum notitiam indubitatam proveniat, seu verisimiliter valeat pervenire; ne de praemissis seu infrascriptis ignorantiam aliquam praetendere valeant, seu quolibet allegare. Quos nos etiam et eorum quemlibet tenore praesentium sic citamus. ... dic post harum exe-cutionem. *Nisi feriata etc., hora vicesima horologii, in conventu fratris Laurentii extra muros Simeroli, ordinis humiliatorum Thaurinen. dioec., coram nobis legitime compareant per se, vel procuratorem seu procuratores suos idoneos, ad causam et causas huiusmodi sufficienter instructorum omnibus et singulis actis actitatis, litteris, scripturis, privilegiis, instris, monumentis et juribus causam seu causas huiusmodi tangentes, seu quolibet concernen. Et quicquid contra dictas bullas nobis factae commissionis nobis factae, nosque et personam nostram dicere, opponere seu allegare voluerint, dicturos, opposituros et allaturos, et in dicta appellationis causa seu causis huiusmodi, ad omnesque et singulos actus earundem necessarios, usque ad definitivam sententiam inclusive, gradatim et successive debitis et consuetis terminis praecedentibus, ut moris est, processuros et procedi visuros, ~~et facturum id quod~~ aliaque dicturos, expositoros, allegaturos, recepturos, audituros et facturos id quod justitia suadebit et ordo dictaverit rationis, certificantes nihilominus eosdem sic citandos, quod sive citationis termino, ut praemissum est, comparuerint, sive non; Nos nihilominus ad partis

comparentis

Margin notes:
- terminis
- sub qua vel quibus degunt et morantur
- allegare
- * nisi feriata etc.
- * rationis

compareentis et causam seu causas huiusmodi prosequi curantis, instancia ad premissa omnia et singula, et alias prout iustum fuerit procedemus, dictorum citatorum absentia seu contumacia in aliquo non obstante, causante difficultate et longitudine itineris, et ~~attenta~~ attenta natura causae et personarum, paratos nos offerentes in eam et causis huiusmodi reverendos dominos dictorum locorum Ordinarios, et eorum in spiritualibus vicarios, in premissis tamen non suspectos admittere, si sua interesse putaverint et interesse voluerint, et insuper attendentes quod causa seu causis huiusmodi sic coram nobis indecisis, pendentibus, idcirco vobis omnibus et singulis supradictis, quibus presentes nostrae, imo verius apostolicae literae diriguntur, prefata auctoritate apostolica committimus et mandamus, et sub prefata excommunicationis lata sententiae poena trina et canonica monitione premissa, quatenus post legitimam dictae citationis executionem reverendissimo domino Thomae capitis nostri ... judici ... primatiae Viennen., ac quorumcunque locorum Ordinariis, et eorum cuilibet, ipsorumque in spiritualibus et temporalibus vicariis et officialibus, ac universis et singulis officialibus, judicibus ordinariis et extraordinariis, executoribus et commissariis, et aliis quibuscunque quacunque auctoritate fungentibus, per dictas civitates et dioeceses Ebredunen., Lugdunen. et Viennen., aut alias ubilibet constitutis, dictisque in pede presentium nominandis, caeterisque aliis quorum interest, intererit et interesse poterit quolibet in futurum, quibuscunque nominibus censeantur, et quacunque prefulgeant dignitate, de quibus pro parte dicti procuratoris fiscalis, prelibati domini Archiepiscopi Ebredunen., super hoc vigore presentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra, imo verius apostolica, predicta auctoritate conjunctim et divisim inhibeatis; quibus et nos etiam tenore presentium inhibimus, sub prefata excommunicationis latae sententiae poena, trina et canonica monitione premissa ut supra, ne ipsi seu alter ipsorum in vilipendium litispendentiae et jurisdictionis nostrae, imo verius apostolicae sedis contemptum, dictorumque domini Archiepiscopi Ebredunen. et eius procuratoris fiscalis, et iurium suorum preiudicium, in causa et causis huiusmodi coram nobis indecisis pendentibus, quicquam, per se vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte quovis quaesito colore attemptare vel innovare praesumant ~~vel~~ seu praesumat.

Quod

Quod si secus factum fuerit, id totum revocare et in pristinum statum reducere curabimus, ac dictamque excois sententiam publicatoriam, et alia iuris remedia fortiora procedemus, iustitia mediante. Diem vero seu dies citationis et inhibitionis huiusmodi atque formam, et quicquid in premissis feceritis seu alter vestrum fecerit, nobis per vestras patentes literas aut instrumentum publicum in pede presentium describendum remissis presentibus, per citius fideliter intimare curetis. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui dictam nostram excommunicationis sententiam incurrerint seu incurrerit quovis modo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, presentes literas seu presens publicum instrumentum huiusmodi nostras annotationis, citationis et inhibitionis in se continentes seu continens exinde fieri, et per Notarium nostrum publicum et huiusmodi causae coram nobis Scribam infrascriptum subscribi mandavimus, nostrorumque sigillorum fecimus et iussimus impressione communiri. Datis et actis in dicto conventu Sancti Laurentij extra muros Pinerolij, sub anno a nativitate Domini millesimo
1487. quadringentesimo octuagesimo septimo, indictione quinta et die vicesima sexta mensis Junij. Pontificatus prelibati sanctissimi domini nostri Papae Innocentij anno tertio.
Presentibus ibidem egregijs viris Eustachio Romelli de Ozerio, Bonifacio Bellini de Bricarasio, thaurs ciues, ambobus Notarijs, testibus ad premissa astantibus, vocatis, rogatis et adhibitis ... nihil sit per quempiam innovandum.
Et ego Eustachius Pepperati de Volveria habitator Pinerolij, Thaurs civis publicus, imperiali et ducali Sabaudiae auctoritate Notarius, et prelibatorum Reverendorum dominorum Commissariorum Apostolicorum et causa predicta in hac parte Scriba, quia premissis annotationi, citationi et inhibitioni, et alijs supradescriptis presens fui, et inst... dictum recepi. Ideo in hanc formam publicam ... facere, qua ... mihi super hoc per prelibatum illustrissimum dominum dominum nostrum Sab. etc. ducem concessa, levari feci per alium fidelem Notarium publicum meum coadiutorem, meque subscripsi manu mea propria, et signum meum tabellionatus consuetum apposui in testimonium veritatis.

num 2

Copia

In nomine Dni nri Jesu xpi Amen. Anno ejusdem nativitatis mille
quatercentesimo LXXX^mo tertio, inditione prima cum eodem anno
sumpta, et die dnica numerata dies septima Septembr, apud vallem
Loysiam dioces Ebredun, in platea publica prope Ecclesiam dicte vallis sub
ulmo, pntibus Jacobo de Gargarino de Guelhestra dicte Ebredun dioces, Anthonio
Delafica de Culhinis Sancte dioces, et Claudio Jacobi Gerhampes dioces
Taurinen, pro testibus ibidem convocatis et rogatis. Nos Hunetus Julliani
Castellanus, vallis Loysie, locumtenens et subrogatus nobilis Alexandri
Pandolli capitanei dicte vallis. Universis et singulis pntibus et futuris
notum fieri volumus ac manifestum serie pntium. Quod cum propter
diffamationem et malam famam quorumdam hereticorum et Walden, fama
publica et notoria precedente ab uno anno vel circa, per reverendum
in xpo patrem et dnum, dnum Archiepm et principem Ebredun, fuerint
initiati certi processus inquisitionales super fide, contra nonnullos paro-
chianos et habitatores dicte Castellanie, ad requisitionem et vehementem
prosequutionem sindicorum dicte vallis, necnon majoris partis parochia-
norum et habitantium dicte vallis, uti de premissis constat per acta publica
manu sumpta, pretextu cujus inquisitionis, ipsi diffamati de heresi, qui
sunt pauci numero et fere minima pars universitatis jam dicte, recursum
habuerunt ad serenissimum Regem Francie Delphinum Viann dnum
nrum, sive ad ejusdem excelsum et supereminens magnum consilium,
supplicationem prefato excelso magno consilio offerendo, nomine omnium habi-
tantium ipsius vallis, prout ad ipsorum subscriptorum devenit notitiam,
quod tendit in gravem maximamque diffamationem ipsius parochie vallis,
et est ab omni veritate alienum, cujus parochie major pars, quinimo ~~tota~~
tota fere parochia persequitur et persequi intendit, quantum in ipsis est, hereticos
et Walden. Hinc propterea fuit et est, quod homines subscripti parochiani
et habitatores dicte vallis, boni catholicique et fideles xpiani, verentes et
formidantes ex dicta supplicatione ~~et~~ processibus factis et fiendis in futurum,
in eorum bona et integra fama pregravari, congregati unanimiter de
licentia nostri prefati Castellani in platea publica, prope Ecclesiam dicte
vallis, die dnico, hora exitus misse parochialis sub ulmo, in quo loco ipsa
universitas congregari consuevit; ipsi inquam infra nominati unanimiter
et concorditer congregati, uno ore et una voce dixerunt, determinarunt
et posuerunt. Qui nullam supplicationem pretextu premissi recursus
obtulerunt

obtulerunt seu fecerunt, nec aliquam causam in praenominato supereminenti magno consilio prosequuti sunt, nec prosequi intendunt, nec aliquos procuratores praemissorum occasione constituerunt nec constituere intendunt; quinimo unanimi concordia et voce dixerunt, quod illi qui praemissam supplicationem obtulerunt, aut aliam causam praemissorum occasione prosequuti sunt et prosequuntur, mendaciter nomine totius universitatis prosequuti sunt. Quinimo ipsi prosequuti sunt de haeresi et valdesia publice diffamati, et jam pauci numero prosequentes dictam supplicationem sive causam in praefato supereminenti et materiam concursus, etsi et quatenus appareat, quod aliqui de parochia vallis prosequantur aliquam supplicationem, sive causam in praefato supereminenti consilio magno, illud est contra ac praeter voluntatem sanioris et majoris partis dictae universitatis et omnium subscriptorum, qui faciunt quatuor aut quinque partes ac majorem ac saniorem partem dictae universitatis. Qui homines subscripti dixerunt et exposuerunt, ac humiliter et vehementissime supplicarunt et supplicant praefato eminenti consilio, et omnibus quibus huiusmodi fuerint praesentatae, quod placeat providere de jure et justitia contra dictos de haeresi et valdesia publice diffamatos, cum propter eorum malam famam tota parochia sit per universam monarchiam regni male famata; adeo quod ipsi boni et fideles catholici subscripti cum sunt, extra eorum lares non audeant se de praefata castellania usiare. Quorum nomina ipsorum fidelium litantium et requirentium sunt haec, primo Johannes Barnoudi filius Armandi, [2] Raymondus Granoti, [3] Johannes Barnoudi alias Antan, [4] Johannes Dominici, [5] Aymardus Alberti, [6] Franciscus Morandi, [7] Johannes Barnoudi Ponsoni, [8] Petrus Morandi, [9] Johannes Bonafossi, [10] Johannes Martini filius quondam Alziari, [11] Gabriel Raymundi, Petrus [12] Montaverii, [13] Johannes Jacobi filius Pontii, [14] Jacobus Payani, Anthonius [15] Anthonius Bochardi, [16] Johannes Jacobi filius Johannis, [17] Hypolitus Bochardi, [18] Guigo Garnerii, Petrus Jacobi filius Tustoti, Costagnus Jacobi, Brianconetus Payani, Claudius Fabri, Colinus [20] Barnoudi alias Antan, [21] Petrus Rodulphi Fantini, [22] Johannes Alberti, nobilis Aimonetus Juliani, Petrus Magni, Claudius Ruffi, Guillermus

Jacobi

Jacobi, [22] Guilhes Bonafossi, [23] Honoratus Garnerii, [24] Jacobus Raymundi,
Johes [25] Raymundi filius quond [cuiusdam] Anthonii, [26] Jacobus Barnoudi, Johes
[27] Robini, Anthos [28] Robini, Johes [29] Bonafossi filius Berthole, Anno-
n [30] Gilberti, Anthoius Barnoudi causidicus, Glaudius Alphandi fil
quond [cuiusdam] Guilhi, Johes Lagerii filius quond [cuiusdam] Petri, Ambrosius Lagerii,
Hedo Barnoudi, Bertus Gilberti, Johes Ruffi filius Guilhei,
Johes Barnoudi, Adratus Alphandi, magist Jacobus Aymi,
Petrus Mathei, magister Anthoius Clemente causidicus, Johes
Raymundi de Albertis, Johes Bonafossi filius Johis, magr Johes Aloy
note, Jacobus Alphandi, Guigo Alphandi, Glaudius constantii,
Johes Ruffi filius quond [cuiusdam] Ludovici, Hugo Hodiberti, Glaudius Aloy,
Johes Alphandi filius quond [cuiusdam] Michaelis, Peyro Peyronus Alphandi
filius quond [cuiusdam] Guigi, Johes Alphandi eius frater, Durandus Alphandi
filius quond [cuiusdam] Henrii, Bertonus Aloy, Franciscus Leontaudi, Anthoius
Leontaudi, Berthonus Ruffi, Glaudius Girardi, Urbanus Barnoudi,
Johes Ruffi, Guilhes Barnoudi, Armandus Lagerii, Henricus
Alphandi filius quond [cuiusdam] Anthe, Arnulphus Sarraceni, Petrus
Bernardi, Guilhes Aloy, Rostagnus Moteti, Johes Alphandi filius
quond [cuiusdam] Mich, Guilhes Alphandi filius quond [cuiusdam] Michael heres Goneti
Garnerii, Mathe Bernardi, Glaudius Longii, Hugo Anfossii,
Henric Bonatayre Guilhes Montanerii, Johes Alphandi filius
quond [cuiusdam] Henrii, Johes Alphandi filius quond [cuiusdam] Johis, magister Guilhes
Hugo notarius, Rostagnus Longii, Anthes Hodoberti, Glaudius
Carlhani, Gabriel Rolandi, Gabriel Hugo, Johes Moteti, Georgius
Hediti, Anthoius Rolandi, Petrus Rolandi, Anthoius Barnoudi
Dautan, Glaudius Aquarias, Henricus Hodiberti, Hugo Aloy, Gabriel
Malhoudi, Petrus Bonis, Rostagnus Chaudi, Johes Chaudi filius quond [cuiusdam]
Glaudii, Glaudius Chaudi eius frater, Gabriel Chaudi, Gabriel Fabri,
Petrus Aquarias, Vincentius Hodiberti, Ludovicus Aloy, Georgius
Girardi, Johes Rollandi, Glaudius Alphandi filius Henrii, Guilhes Morandi,
Glaudius Morandi, Glaudius Allardi, Gonetus Allardi, Parsanallus
Alphandi

Alphandi, Arnulphus Chaudi, Johes Girardi filius quond cujusque Michael,
Anthonius Rodulphi Raficardus, Urbanus Rodulphi ejus frat, Arnaudus —
Rodulphi, Arnaudus Allardi, Johes Motoli filius Simonis, Johes
Emo, Justitus Hodiberti, Hodo Emo, Jacobus Maria Fitrelli,
Anthonius Mario Fitrelli, Jourius Petri, Bartholomeus Petri,
Raymundus Engilbio, Ludovicus Chaudi, Glaudius Chaudi, Petrus
Alphandi filius quond cujusque Alberti, Armandus Bernoondi, Stephanus Rodulphi,
Petrus Aufossi, Senior Morandus Morandi, Johes Girardini, Johes
Girardi filius quond cujusque Jacobi, Stephanus Barnoondi, Johes Barnoondi
filius quond cujusque Antho, Petrus Aufossi junior, Johes Motori filius Petri,
Anthonius Longij, Ludovicus Constanij, Johes Constanij, Johes
Symoondi, Stephanus Barnoondi filius quond cujusque Anth, Johes Lagerij
filius quond cujusque Goneti, Bertrandus Lagerij, Anthonius Russi filius
Anthonij, Guilhes Rodulphi junior, Berthus Rodulphi, Petrus
Mathoondi, Anthonius Mathoondi, Glaudius Mathoondi, Bertrandus
Lagerij, Guilhes Rodulphi senior, Servtus Symoondi, Arnulphus
Symoondi, Petrus Lagerij, ~~Guilher~~ filius Gaultheri, Johes Lagerij filius
Stephi, Georgius Lagerij, Rostagnus Fabij, Georgius Alphandi,
Gingo Omgilbio, Gabriel Engilbio, Glaudius Pessi, Firminus —
Lagerij, Johes Martini filius Ludovici, Raymundus Fabri, Suffredus
Fabri, Johes Bertrandi, Jacius Bertrandi, Anthus Bertrandi,
Rostagnus Hodiberti, Johes Gauterij filius quond cujusque Jusseti, Petrus —
Gauterij, Glaudius Hodiberti, Arnaudus Stephani, Yllarius Hodiberti,
Johes Crobati, Guilhens Stephani, Rostagnus Stephai, Briansenetus
Hodiberti, Stephanus Hodiberti, Raymundus Bonis, Rostagnus Bonis,
Johes Gauterij filius quond cujusque Francisij, Glaudius Gauterij, Arnulphus
Russi, Johes Russi, Bertholla Bonis, Johes Roche, Arenetus
Rodulphi, Johes Jacobi, Petrus Stephani junior, Glaudius Crobati,
Bertus Russi, Guilhes Russi, Petrus Stephani senior, Ypolitus
Bertrandi, Anthonius Rodulphi, Anthonius Russi, Johes Emgilbio,
Lauren Richardi, Anthonius Bressonis, Albertus Rodulphi, Johes


Garnerij

Garnerii, Briansonetus Girandi, Glaudius Garnerii, Briansonetus
Domini, Ludovicus Ruffi, Poncius Dominici, Guillelmus Robelli,
Anthonius Gautorii, Hugo Crobati, Johes Gautorii, Stephanus Domini,
Colinus Ruffi, Anthonius Ruffi Grossi, Raymundus Ruffi, Johes Ruffi filius
Anthonii, Anthonius Ruffi filius quond. rigato Dominici. In quorum rei testimo-
-nium huiusi literas fieri jussimus per secretarium firmarium curie
delphinal dicte vallis nobis credite. Acta fuerunt premissa scripta
et publicata, Anno, die, loco et presentibus quibus supra testibus, ad
requisitionem supra nominatorum sindicorum et habitantium dicte vallis,
per me Balthesarem Flandini, nots, et firmarium juratum curie
delphinal dicte vallis Copsia subsignatum.

B. Flandini.

Facta fuit collatio de huiusi copia cum ~~[struck]~~
proprio originali, per me notarium subtum.

Paris



Num. 3. 1483.

Lettres de defance des ~~persecuteurs~~ poursuiteurs contre leurs persecuteurs.

Copia protestationis facte per castellanum vallis Loysie, unacum omnibus habitatoribus dicte vallis, declarantes se esse bonos et fideles, orthodoxes, sancte matris ecclesie obedientes, et quod nullam intendunt prosequi causam in curia predicta ffrautorum regie.

Universitatis vallis Loysie.

C. Jhus 29 Ordinal.

Originalis

R. Paris

Processus factus et formatus in facto sancte fidei
per Rev.^mum in Xpo patrem et dominum Johannem,
Dei et Aplica sedis gra Archiepiscopum et principem
Ebredunen., contra Anthm Blasij de Angrogna,
dioc. Taurinen. ~~hab~~ habitatorem Dalphini, –
Sistaricen. dioc.

Anthonius Blasij. 1486.

In nomine Dni nri Jhu Xpi Amen. Anno a nativitate ejusdem
Dni millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, indictione quarta
cum eodem anno sumpta, et die tresdecima mensis Martij.
Noverunt universi et singuli, tenorem huius processus visuri, lecturi
ac audituri, Quod cum prenominatus Anthonius suspectus de crimine
hæresis Waldensium seu pauperum de Lugduno, mandato prefati Rev.^mi
Dni nri Archiepi, ~~esset detentus ca~~ in carceribus prelibati Rev.^mi
Dni nri Archiepi esset detentus, tanquam vehementer diffamatus
et suspectus de dicto crimine Waldensium: Hinc est quod anno et
die predictis constitutus idem Anthius Blasij coram prefato Rev.^mo
Dno Archiepo et principe Ebredunen., in camera paramenti
eius palatij Archiepiscopalis Ebred., et in presentia subscriptorum testium
(ejus) ac mei Notarij subsignati. prelibatus Rev.^mus Dns noster
Interrogavit eum, an ipse sit de secta Waldensium seu pauperum
de Lugduno. Qui respondit quod non. Et fuit etiam interrogatus
per eundem Rev.^mum Dnum nrum Archiepm, an fuerit unquam con=
fessus peccata sua confessoribus ipsius secte Waldensium. –
Dixit quod non.

Interrogatus si unquam viderit aliquos ex ipsis confessoribus.
Dixit verum esse quod sunt circa tres anni lapsi, et viderit sue
de mense Augusti, eo existente in quodam paratorio, quod nomine
locati tenebat, et quod est circa unum quartum leucæ, prope
castrum

castrum noiatum Salphin, in diocesi Sistaricen. Ex quo dictus dixerat cuidam noiato Vincentius, qui est de predicta valle Angrogine, quod si reperiret aliquem de dicta valle, eidem notificari curaret, quia volebat mandare quasdam litteras missivas apud dictam vallem cuidam, qui eidem tenetur in certa pecuniae quantitate. Venit idem Vincentius, et ibidem in eodem separatorio tunc venire fecit duos homines, loquentes idioma de pede montium. Qui Vincentius dixit eidem loquenti, de litteris de quibus dictus mihi locutus es, isti duo aut alter eorum satis portabunt, quia vadunt ad partes vestras. Quibus dictis, dicti duo homines eundem Anthonium conduxerunt retro dictum separatorium, et ibi secreto modo dixerunt ei, nos sumus confessores illorum de secta Valden, et habemus majorem potestatem absolvendi a peccatis quam habeant Sacerdotes; qua potestas fuit nobis data per summum pontificem, si velis alter nostrum audiet te de confessione.
Et monstraverunt sibi quendam librum longitudinis unius palmi, et dicebant eidem loquenti, quod in eo erant multa bona scripta, et qui crediderint contenta in eo erunt salvi in paradiso. —
Et ostenderunt sibi unum agulherium cadratum quatuor cadris, quod alter eorum portabat absconsum in veste sua, et erat coptum de corio nigro, et dixerunt sibi istud agulherium est intersignum quod confessores dicte secte portant, et cognoscuntur illi confessores qui vadunt per patriam, pro audiendo de confessione illos de secta predicte, quando ostendunt illis de secta talia intersigna.

* Aiguillier quarre signe des barbes.

Interrogatus si fuerit confessus peccata sua tunc dictis confessoribus, dixit quod noluit confiteri ab eis. Et hijs actis dictus Vincentius eundem loquentem vocavit, et ipse loquens et alij duo homines venerunt ante portam dicti separatorij, et ibidem biberunt simul. Et postmodum idem loquens dedit eisdem duobus hominibus unum panem, et dictus Vincentius dedit eis duos panes, quia dicti duo homines dicebant quod vivebant de his quae eis dabantur amore Dei. Non fuit tunc latius interrogatus idem Anthonius.

Hec

Hac autem omnia universa ~~et~~ singula dixit idem Anthius gratis et
libere ejus spontanea voluntate. presentibus religiosis viris fribus
fferriolo Abrici et Johe Martini ordinis Minorum civitatis Ebred,
egregio viro dno Johe de Aymoneti juris baccallario, judice
palatij Ebred, et magro Sebastiano Berardi Not. hit. Ebreduni
hit. testibus ad hec vocatis, et me Not subsignato.

N. Paris.

Alia examinatio dicti Anthonij Blasij.
etatis xlvij annorum vel circa.

Deinde anno quo supra et die vicesima quarta mensis Maij, in
dicta camera paramenti constitutus idem Anthius, coram rev^mo^
Rev^mo^ dno nro Archiepo, et in presentia mei Notarij subsignati,
et testium subscriptorum, fuit ulterius interrogatus idem Anthius,
per eundem rev^mum^ dnum nrum Archiepum ut diceret veritatem
an sit Waldensis. Qui respondit quod nesciret plus super hoc quid
respondere. Et precatus rev^mus^ dns noster ordinavit, quod
reincluderetur in dictis carceribus. Acta fuerunt hec ubi
supra, presentibus religioso viro fre Jacobo Desiderij, ordinis predicatorum,
et ven^libus^ viris dnis Petro Sabini decretorum doctore, canonico
vicarie et offili Ebredunensi, et Desiderio Martini alias panaterij,
capelno curato de Rosseto, testibus ad hec vocatis, et me Nicholao
Paris Not. subsignato.

N. Paris.

Alia examinatio.

29 Maij 1486. Successive vero anno quo supra, et die vicesima nona dicte mensis
Maij, in capella dicti palatij Archiepalis. et mei ~~Notarij subsignati~~,
Notarij subsignati et testium subscriptorum presentia, Idem Anthonius
constitutus coram eod rev^mo^ dno nro Archiepo, et interrogatus
quid indesciat de dicta heresi Waldensium. Qui respondit,
quod

quod cum esset etatis ipse Anthonius decem octo vel decem novem annorum, et post mortem sui patris et mansionem traheret cum Auda eius avuncula materna in dicta valle de Angrogina. Dicta Auda quadam semel docebat eundem Anthonium et dicebat sibi, quod non crederet quod esset purgatorium in alio mundo.

Enseignement d'une Tante.*

Item quod non erat deprecandum sanctos, neque sanctas, quia nullam potestatem habebant.

Item quod tantam virtutem habebat aqua bodalis sicut aqua benedicta.

Item quod non debebant coli festa, nisi dies domini.

Item docebat eum et dicebat sibi, quod non crederet quod capellani haberent potestatem aliquam absolvendi a peccatis.

Et postea dixit ei quod pater eius erat Waldensis et credebat premissos articulos. Et dicebat sibi ulterius dicta Auda, Ego miror quare idem pater tuus cum viveret non docuit te premissa.

Interrogatus si credidit premissos articulos usque nunc, dixit quod sic, videlicet usque dum fuit captus in et in carceribus dicti domini nostri Nicholai detentus.

Interrogatus si fuerit confessus peccata sua alicui confessori dicte secte. Dixit quod non.

Interrogatus cuius etatis erat quando discessit a dicta valle de Angrogina, dixit quod erat etatis viginti annorum vel circa.

Interrogatus si sit uxoratus, dixit quod sic. Interrogatus unde est eius uxor, dixit quod de dicta valle Angrogine.

Interrogatus si contraxerit cum ea antequam esset habitator in dicto loco de Dalphinor, vel post. Dixit quod non, sed postquam fuit habitator. Tamen contraxit cum ea et duxit eam in uxorem in dicta valle Angrogine. Interrogatus si antequam contraxisset cum dicta eius uxore sciebat eam esse Waldensem. Dixit quod non. Tamen post certum temporis intervallum, ipsis loquente et eius uxore disputant invicem in dicto loco de Dalphino, ipsa eius

uxor

uxor, inter caetera verba inter eos prolata, dicebat sibi quod non erat —
purgatorium. Et tunc ipse loquens eam respondit furibunde et
eam verberavit. Et ex post cognovit quod erat dicta eius uxor Walden.

Item quia fuerius deposuit de illis duobus confessoribus qui venerunt
ad eum cum esset in dicto loco de Dalphino, videlicet in paratorio, et
volebant quod confiteretur ab eis, et noluit. Dixit nunc in presenti
depositione, quod quidam nominatus Prezzare, qui est de quodam —
loco qui est prope Angrogna, eosdem confessores ducebat ibi, pro —
loquendo audisse uxorem Petri Wolo et uxori ipsius loquentis,
sed tunc non receperunt eas, quia erant in dicto loco de Dalphino;
et dixerunt postquam biberunt ibi et comederunt, nos illas invenie=
=mus una alia vice.

Interrogatus unde est ille Petrus Wolo, dixit quod credit quod est de
Angrogna, et eius uxor est de Moreto ut credit.

Interrogatus si idem Petrus Wolo et eius uxor sint Walden, dixit
quod credit quod sic. Et est verisimile quod sic, ex eo quod illi confessores
petebant uxorem dicti Wolo. Etiam quia omnes de Angrogna
reputantur Walden.

Interrogatus ubi trahit mansionem dictus Petrus Wolo, dixit
Maxim ~~Maximo~~ quod in sancto Maxim subtus civitate Castarizon prope Dalphinum.

Interrogatus si aliqui confessores de secta illa Waldensium eum —
unquam audiverunt de confessione. Dixit quod non.

Interrogatus quot vicibus confessus est eius proprio curato de —
Angrogna jam dicta, tempore quo in eadem valle traxit mansionem,
dixit quod duntaxat una vice.

Interrogatus si confessus fuerit eius curato seu vicario suo illum
errorem. Dixit quod non.

Interrogatus si omnes habitantes in dicta valle Angrogne sint Walden,
dixit quod quasi omnes reputantur Waldenses. Et dicit quomodo
sciebat ~~una die volt~~ tunc dicat se nunquam interfuisse, quod inter eos —
tenent

~~ostulant~~.

tenent quandam Synagogam, In qua osculantur ~~ostulant~~ unum hyrcum in culo.
Interrogatus si maritus dicte dude erat Waldos, dixit quod audivit dici
quod sic. Alia tunc non dixit, quia non fuit interrogatus.
Et premissa omnia dixit gratis et libera et ~~sua~~ sua spontanea voluntate
Acta fuerunt hec infra dictam Capellam, religiosis viris fratribus Jacobo
Disderij ordinis sancti Dominici, Johanne fferrioli ordinis minorum et domino
Desiderio Martini ... Panaterij, curato de Vosseto Ebredunensis dioc.
ad premissa testibus vocatis et astantibus, et me iam dicto Notario subscripto.

R. Paris.

Alia examinatio ipsius Anthonij Blasij.

21. Julij 1486. Postquam anno premisso et die vicesima prima mensis Julij in dicta
camera paramenti, et coram prenominato Reverendissimo domino nostro Ebred.
et religioso viro fratre Jacobo Brunenti sacre theologie magistro
et heretice pravitatis Inquisitore, constitutus prenominatus Anthonius
Blasij, et delato sibi per eundem Reverendissimum dominum nostrum Archiepiscopum iura-
-mento, qui iuravit in manibus dicti Reverendissimi do: nostri Archiepiscopi supra
sancta dei Evangelia, suis proprijs manibus corporaliter libro tacto,
dicere puram et meram veritatem, quam sciverit super dicta secta
Waldensium. Et hoc sub penis periurij criminis confessati et alijs
penis iuris.
Et primo fuit ibidem post hec interrogatus, an deposita per eum supius,
ipsis depositis sibi de verbo ad verbum datis ad intelligendum, sint vera
prout supius deposuit, et consistant in veritate. dixit quod sic.
Interrogatus quid inde sciat super alijs articulis dicte secte, quos tenent
Waldenses, dixit se nihil aliud scire, nisi illos quos deposuit.
Et quod non credebat salvari nisi credidisset in illam sectam Waldensium
et errores illos.
Item dixit quod nunquam confessus est tenere illum errorem alicui usque
nunc.
Interrogatus quot fratres habet ipse Anthonius, dixit quod duos, quorum
unus nominatur Bartholomeus, et alius nominatur Bertalot.

Interrogatus

Interrogatus an dictus Bartholomeus sit Waldensis, dixit qd audivit
dici ab uxore ejusdem loquentis, qd ipse Bartholomeus est Waldensis,
et illam Waldesiam cum docuit, quidam nominatus Laurencius ffalqueti
sartor de Aufrosina, qui Laurencius fuit habitator insule Veneyssini;
et cui Bartholomeo idem Laurencius dedit in uxorem quandam ejus
filiam in dicta insula Veneyssini, et stetit idem Bartholomeus
maritatus cum ea per annum vel circa, et postmodum dicti Laurencius
et Bartholomeus ac dicta ejus uxor arripuerunt iter de accedendo
apud Apuliam; et cum fuerunt in civitate Janue et vellent
ascendere mare, invenerunt quandam societatem de partibus
pede montium, que etiam volebat ire apud dictam Apuliam.
In qua quidem societate fuit quidam homo, qui dixit qd cum dicta
filia ipsius Laurencij alias per verba de futuri contraxerat. Qui
Bartholomeus hec intelligens, dictam filiam eidem homini dimisit,
et inde reversus est apud dictam vallem de Aufrosina; et expost
ivit apud Aragunguam, in quo loco desponsavit aliam uxorem.
Interrogatus qua arte utitur, dixit qd est parandeirus et tonsor
pannorum.
Interrogatus ubi trahit moram suam alius frater ejus Bertalot,
dixit qd in Maurastha.
Interrogatus quot sorores habet idem Anthonius, dixit quod duntaxat
habet unam nominatam Biatrisiam, que est maritata in petra ~~fue~~ rua
dioc. Sistaricen, et maritus ejus nominatur Pascalot de Bolona,
et est ~~[illegible]~~ in dicto loco de Petro rua
Interrogatus an sciat si dicti Bertalotus et Biatrisia sint Waldenses,
dixit qd nescit.
Interrogatus eo qd deposuit supius, viz. qd quando Johanna ejus uxor
sibi dixit qd non erat purgatorium, et qd ex eo increpavit eam, et
illam verberavit, quare id fecit, ex quo jam confessus est qd ipse
credidit non esse purgatorium, et qd non erat verisimile qd
illam

illam liberare deberet, attento quod credebat purgatorium non esse.
Respondit quod nolebat quod sibi declararet latius de dicte secte articulis,
quia nolebat plus scire de eis, et quod sciebat nimis de eis.
Interrogatus si idem loquens unquam habuerit aliqua verba seu aliquam
conferentiam de premissis erroribus dicte secte cum supius nominatis
Petro Viole eiusque uxore, ac cum Johanna uxore dicti loquentis,
aut aliis dictam sectam tenentibus et moram trahentibus tam in
loco de Sancta Eulia quam aliis locis de partibus illis, cum sint
patriote, et ut confessus est idem loquens, est ut credit idem
Petrus de eadem secta Waldensium. Dixit quod nunquam habuit
de premissis erroribus conferentiam cum eis.
Interrogatus cui mallet confiteri peccata sua, si uni capellano
existenti in peccato mortali et male vite, vel uni probo scienti
audire de confessione. Dixit quod mallet confiteri eidem probo.

Quibus actis magister Sebastianus Marcellini [illegible] Albi, procu-
-rator fiscalis curiarum dicti Reverendissimi Domini nostri Archiepiscopi, compa-
-ruit coram prenominatis dominis Archiepiscopo et Inquisitore, petens et
requirens attento quod idem delatus confessus est plures ex articulis
quos tenent Waldenses, et tacet alios articulos, quos verisimiliter
debet credere sicut et Waldenses credunt, eundem delatum
exhiberi torture, et eundem torqueri taliter quod super eisdem
omnibus deponat veritatem. Et ita ordinari petiit et requisivit.

Et prefati Reverendissimus Dominus Archiepiscopus et Inquisitor, audita dicta
requisitione, assignaverunt eundem delatum ad super premissis petitis
et requisitis, per eundem Procuratorem ordinationem audiendum
diem crastinam de mane, hora audiencie ipsius Reverendissimi Domini
nostri Archiepiscopi, ordinando nominus eundem delatum fore reintrudendum

Acta fuerunt hec in dicta camera Paramenti, venerabilibus et religi-
-osis viris dominis Anthonio Corvatoris Canonico curato Ebredunen,
Desiderio

Desiderio Martini Lto panaterij Capelle curato de Rosseto, et Desiderio Forgeti etiam Capellano curato de Armeolo Ebred dioc., et Anthonio de Contamina eiusdem rev.mi dni nri Archiepi Thesaurerio, testibus ad premissa presentibus, et me jam dicto Notario subsignato.

N. Paris

22. Julij 1486. Sabbathi vero vicesima secunda jamdicti mensis Julij de mane hora audientie prefati rev.mi dni nri Archiepi superius proxime assignata in dicta camera paramenti, et coram eisdem rev.mo dno nro Archiepo, et Inquisitore ibidem supra quoddam bancum fusteum more Majorum sedentibus, comparuit dictus dominus procurator fiscalis petens in causa dicti delati, ut supra eundem torqueri attentis premissis, et ita ordinari et interloqui.

Ordinatio

Sentence de torture

At tunc prelibati rev.mus do. nr Archiepus et inquisitor, premissa comparitione audita et intellecta, quia idem delatus aliquos articulos dicte secte Waldensium ut supra confessus est, et illos tenuit et alios articulos quos tenent illi de secta Waldensium, scire debet et confiteri illos non curat. Igitur perjurijs, variationibus et alijs premissis attentis, et alijs eorum animos juste moventibus, participato etiam consilio cum ven.bus et egregiorijs viris dnis Johanne Francoris canonico et Sarrista Ebred, Petro Sabine decretorum doctore, canonico, vicario et officiali Ebred, et Raymundo Donicelli jurisperito civitatis Ebredunen ibidem presentibus, ordinaverunt et ordinant eundem delatum fore torquendum et eidem torture exhibend, vz. in Trayia dicti Palarij taliter quod de dictis articulis et secta, ac de complicibus ipsius veritatem dicat. Ad quod faciend, eid delato terminum statuerunt, diem presentem circa duas horas post meridiem.
Acta fuerunt hec ubi supra, presentibus quibus supra, et me jam dicto Notario subsignato.

N. Paris

Seqnda

Deinde anno et die ac hora supius expressis assignatis, et in dicta pranysia ac coram prenominatis dominis Archiepo et Inquisitore comparuit dictus dominus procurator fiscalis, petens et requirens in penam dicti delati renuentis plenam confiteri veritatem de premissis et super contentis in dictis articulis, quos tenent Walden seu pauperes de Lugduno, in executionem ordinationis ultime per eosdem do: Archiepum et Inquisitorem ad hoc facte, eund delatum torture exhiberi, et eum torqueri taliter quod de eo tam super dictis articulis, quam de compluribus dicte secte sciatur veritas.

Qui quidem delatus in executionem dicte ordinationis, fuit ibidem coram prenominatis do: Archiepo et Inquisitore eidem torture exhibitus, et per Bartholomeum Garabelli servientem curiarum dicti domini Archiepi ac certos alios ex servitoribus dicti domini Archiepi, manus ejus cum parvo fune suo parant et inde cum magno fune ligatus, et cum uno lapide in pedibus etiam ligato, et circa unam cannam alte elevatus, et inde interrogatus, qui sunt alij Articuli quos credunt Waldenses, et quos non confessus est. Dixit nullos alios scire.

Interrogatus an sciat aliquos complices dicti criminis heresis seu secte Waldensium, Dixit nullos scire.

Interrogatus an cognoscat aliquos suspectos de dicto crimine seu secta Walden in loco de Sancta Cecilia, sive alibi in provincia Dixit quod non.

Interrogatus si unquam habuerit conferenciam de dicta secta cum supranominatis Petro Vole et ejus uxore, aut alijs suspectis de secta predicta. Dixit quod non.

Interrogatus si unquam fuerit confessus alicui ex confessoribus dicte secte. Dixit quod non.

Quibus actis, requisivit idem delatus prefatos dominum Archiepum et Inquisitorem, ut illum descendere facerent, quoniam deponere veritatem horum que sciret de huiusmodi secta. Qui quidem Reverendissimus

Dominus

Dns Archiepus et Inquisitor fuerunt contenti qd descenderet,
et hoc facto, dixit qd recordatur de quodam qui est de valle Sti
Martini, ditionis Sabaudiae, et noiatur Nicholaus Grilhoti,
et est Agricola, et manet in loco de Manosqua, et ibm
cepit uxorem de eodem loco, et postquam fuit uxoratus —
duxit ejus uxorem apud Angrognam, ut addisceret Waldesiam,
et ibm ipse et ejus uxor in dicta valle steterunt per certum
tempus, deinde reversi fuerunt apud dictum locum de Manosqua, in quo loco mansionem trahunt.

Interrogatus quomodo et qualiter scit ea quae dixit et deposuit,
dixit qd Johanna uxor dicti loquentis premissa sibi dixit, et qd
ipsi Nicolaus et ejus uxor ea eidem Johannae dicere debuerunt.

Item dixit qd dicta Auda ejus avuncula cum diceret sibi alia
per eum superius deposita, dicebat sibi, qd post quondam papam
cujus nomen ignorat, non fuit alius papa qui servaverit
vitam sanctam, Et dicebat sibi etiam, qd expost aliquis papa
vel aliae psonae Ecclesiae nullum habuerunt nec habent potestatem
absolvendi a peccatis. Et qd ita credidit usque nunc.

Item fuit interrogatus, an deposita superius quae sunt contra
fidem catholicam, ipsis omnibus de vbo ad vbum sibi lectis,
et datis ad intelligend in vulgari, sint vera et consistant
in veritate, dixit qd sic, et ita credidit.

Addens ulterius ejus depositioni, qd dicta Auda sibi in mandatis
dedit, qd quamprimum reciperet aliquem ex Confessoribus dictae
sectae, qd confiteretur ab eo.

Item dixit qd quando illi duo confessores venerunt ad dictam
Paratorium, qd tunc audiverunt de confessione dictam —

Johannam

Johannam ejus uxorem subtus quoddam pomerium, Non tamen audiverunt eundem loquentem.

Deinde hijs auditis per eosdem Reverendissimos Do. Archiepiscopum et Inquisitorem, et quia idem delatus non curat dicere veritatem, ordinaverunt et preceperunt quod elevaretur. Et cum esset elevatus per altitudinem unius tesiæ vel circa a solo dictæ grangiæ, petijt iterum quod descenderet, et quod diceret veritatem super interrogandis ab eo, quam sciet, et petijt quod daretur sibi ad bibendum de aqua benedicta, credens quod eum juvabit ad dicendum veritatem.

Qui quidem Do: Archiepus et Inquisitor fuerunt contenti quod descenderetur, et fuit sibi data aqua benedicta ad bibendum. Et inde fuit interrogatus ut declararet complices, quos sciet de dicta secta. Item qui sunt alij articuli quos credunt Waldenses quos non confessus est. Item si confessus est illis Confessoribus dicta secta: Qui respondit quod nesciret quid plus dicere. Sed petijt terminum ad super premissis Interrogatorijs advisate respondendum.

Tunc prenominati Do. Archiepus et Inquisitor, premissis omnibus dum sit, ageruntur auditis, eidem terminum ad super premissis Interrogatorijs respondendum et veritatem dicendum, diem crastinum hora secunda post meridiem vel circa assignaverunt, in dicta grangia vel alibi ubi eos adesse contingeret.

Deinde adveniente die dicta, vicesima tertia jam dicti mensis Julij, hora secunda post meridiem in D.

Acta fuerunt hec infra dictam grangiam, presentibus dictis Dnis Johanne Franconis, Petro Sabine, Desiderio Martini alio Panatorij, Desiderio Forgeti, et pluribus alijs personis. Et me Notario subscripto.

N. Paris

Die vero

Die vero dominica numerata vicesima tertia jam dicti mensis Julij, hora secunda vel circa post meridiem supius ultimo assignata, in dicta camera paramenti, et coram Rndis Dnis Archiepo et Inquisitore, comparuit dictus Anthus delatus, et fuit interrogatus p eosdem Ro: Ar. et Inquisitorem, seu p alterum eorum, an fuerit confessus alicui ex confessoribus dictae sectae, ex eo qd dicta avuncula sua Auda, prout supius idem delatus deposuit, dixerat sibi qd quam primum reperiret aliquem ex confessoribus dictae sectae, quod confiteretur ab eo. Etiam quia ut supius deposuit et dixit, qd venerunt duo ex dictis confessoribus ad supradictum paratorium, et sic est veri-simile qd tunc aut post fuit confessus peccata sua alicui ex dictis confessoribus. Dixit et respondit qd dicta Auda dedit sibi in mandatis, qd quam primum reperiret aliquem ex confessoribus dictae sectae, qd confiteretur ab eo. Item dedit sibi in mandat qd non juraret Deum neque virginem Mariam pro aliqua causa, non corisaret, non cantaret, non comederet nisi prius lotis manibus. Etiam antequam comederet et biberet, diceret pater noster et Ave Maria, dicens etiam quod dicti confessores tunc in dicto paratorio, eo quia hora erat tarda non potuerunt eum audire de confessione, et qd bene confess fuisset ab eis, sed dixerunt sibi, nos reveniemus una alia die et audiemus te, quia non habemus nunc oppor-tunitatem.

* cer, dans de chante

Item dixit, qd dicti confessores tunc in dicto paratorio dixe-runt sibi, nos oportet ire grue locum de Magna, pro loquendo magro Petro Notario, cognomen ejus idem loquens ignorat, tamen est de pede montium, et est habitator ibi in loco de Magna.

Inter.

Interrogatus si ille magr Petrus est uxoratus, dixit qd sic. Et qd uxor eius est etiam de pede montium.
Interrogatus si cognoscat eosdem Petrum et eius uxorem, dixit qd sic, quia paravit eis aliquotiens pannos pro domo eorum.
Interrogatus si cognoscat aliquos alios complices de dicta secta, dixit qd non.
Item dixit qd dicta Auda avuncula sua etiam dicebat sibi, qd non erat peccatum comedere carnes in die dnica primae quadragesimae, neqz diebg sabbati extra quadragesimam, dicens quod dictis diebus pluries comedit carnes ipse loquens. Dicens etiam quod dicti de secta ipsa dictis diebus comedunt carnes, et laborant diebus festivis, exceptis diebus dnicis.
Chair * foyte.
Interrogatus si paraverit aliquos pannos illis qui habitant in loco de Sancta Tulia, dixit qd sic, vz. de tempore quo manebat cum Rollando de Crueys, Mediolanen habits Maurasche, cum quo stetit p quinqz annos, pro addiscendo artem parandería.
Interrogatus quos cognoscit in eodem loco de Sancta Tulia, dixit qd non cognoscit quenquam, nisi quendam noiatu Johem ffilioli textorem de Sabbaudia, qui est habitator in eod loco.
Interrogatus si post mortem ipsius Rollandi, et de tempore quo tenuit dictum paratorium, paraverit aliquos pannos illis de Sancta Tulia. dixit qd non.
Interrogatus si ea quae deposuit ante questionem et post, ipsis depositis p me notarium sibi explicatis et datis ad intelligend sint vera et consistant in veritate, dixit qd sic, et illa credidit.
Et pfati Revmus dns Archiepus et Inquisitor, auditis omnibg pmissis, assignaverunt eidem delato, ad comparend coram
ois in

eis in dicta camera paramenti, ad latius super dicta heresi respondendum
et deponendum, et sibi terminum statuerunt diem crastinam, hinc
xxiiij^ta ipsius mensis Julij, post audienciam dicti Rev^mi dni nri
Archiepi, hora nona vel circa ante meridiem.

Acta fuerunt hec in dicta camera paramenti, et premissa con=
fessus est idem delatus gratis et libere in presentia venerabilium
dominorum Petri Sabine, Anthi Cornatoris canonicorum
Ebred., Desiderij Martini als Panatorij et Desiderij For=
geti capellanorum, ac egregij viri dni Michaelis Maurine
jurisperiti civitatis Ebred., ac mei jam dicti notarij subti

N Paris

24 Juillet 1486.

Lune siquidem dicta et intitulata vicesima quarta ipsius mensis
Julij, eidem delato pro termino assignata, hora nona ante meri=
diem vel circa in dicta camera paramenti, et coram memoratis Do.
Archiepo et Inquisitore, comparuit dictus delatus, dicens se
credidisse articulos dicte secte superius confessatos per eum, et
etiam omnes articulos alios, quos credunt illi de dicta secta
Valdensium. Et qd fuit confessus peccata sua alteri ex dictis
confessoribus, cum essent in dicto paratorio supradicti duo con=
fessores, et audivit eum de confessione retro dictum para=
torium, Et eum audiendo idem confessor stabat rectus. Et
erat idem confessor laicus, et portabat vestem laicalem. —
Et idem delatus erat coram eo rectus, et audivit ibid eum de
confessione. Et precepit sibi qd crederet articulos ipsos per
eum confessatos, et plures alios dicte secte de quibus non
recordatur. Et illos credidit firmiter usque in hodiernum
diem. Et prohibuit sibi qd non juraret deum. Et qd non
panderet dictam sectam neque complices ejusdem, nec vi torture
nec alias quovis modo, quia revelare illam et complices est pecca=
tum irremissibile. Et fecit eum promittere qd haberet tenere

dictam

dictam sectam, sub pœna damnationis æternæ. Et plura alia sibi dedit in mandatis idem confessor, de quibus non recordatur. Et inde apposuit manum suam super caput ejus, et eum absolvit. Et sibi injunxit pro pœnitentia, ut diceret qualibet nocte in cubili suo tot pater noster, usque quo somnus eum arriperet. Petens humiliter idem delatus ab eisd. Rev.mo Do: Archiepo et Inquisitore, sibi de commissis veniam et absolutionem impartiri. Et qd de cetero non credet in dictos articulos. Dicens ulterius qd ubi Johanna ejus uxor noluerit dimittere illam sectam, qd separabit eam ab eo. Et qd si in futurum invenerit aliquem seu aliquos ex dictis confessoribus, qd curabit de illos capi faciendo, et de eos pandendo et manifestando, ac complices etiam ipsius sectæ justitiæ et illis quibus fuerit opportunum.

degres de consang: Item dixit idem Anthonius et confessus est ibi, qd illi de secta illa tenent non esse peccatum contrahere ultra tertium gradum.

Item dixit et confessus est, qd ipsi de secta illa tenent, qd quando confitentur peccata sua illis confessoribus dictæ sectæ, et postmodum confiteantur curatis eorum, qd ubi postea non reptantur ad ~~ad~~ confitendum eisdem confessoribus dictæ sectæ, qd sunt damnati.

Item dixit qd tenent pariter illi de secta illa, qd excoicationes Papæ seu Prelatorum Ecclie non valent, nec possunt nocere eis. Dicens qd dicta avuncula sua etiam hæc bene dicebat sibi.

Item dixit qd etiam illi de secta illa tenent, qd si aliquis Valdensis fuerit condemnatus per justiciam, ad sustinendam pœnam ignis corporalem, qd ille ignis vocatur ignis benedictus, et qd ille talis nunquam patietur ignem maledictum. Et dicunt in vulgari sic, vz. Qui eys crema dal fuoc benet, non eis crema dal fuoc malet.

Item

Item dixit quod illi de secta illa tenent, quod si sit aliquis de eorum secta in mari supra aliquam navem, quod nunquam peribit navis illa.

Et omnia premissa confessus est idem Anthonius gratis et libere, eius spontanea voluntate, et quod ea omnia firmiter credidit usque nunc, et ita juravit in manibus dicti domini Inquisitoris supra sancta dei Evangelia, per eum manibus suis libro tacta, ea omnia per eum deposita vera esse ~~et ea omnia tenuisse et firmiter credidisse~~. Sed de cetero dixit, quod non intendit ea tenere nec credere, petens ut supra, misericordiam et absolutionem de premissis sibi impartiri, paratus se offerendo supportare et subire penam sibi per eosdem dominum Archiepiscopum et Inquisitorem imponendam et iniungendam.

Prenominati autem domini Archiepiscopus et Inquisitor, auditis et intellectis premissis omnibus per eundem delatum gratis et sponte depositis et dictis, eidem assignaverunt ad comparendum coram eis personaliter, et latius deponendum super dicta secta, seu eius repetitionem super premissis depositis, audiendum diem Jovis proxime futuram de mane, hora audientie ipsius Reverendissimi domini nostri Archiepiscopi, in dicta camera paramenti.

Acta fuerunt hec infra dictam cameram paramenti presentibus presentiatis dominis Petro Sabini, Desiderio Martini alias Spanatorii, Desiderio Forgeti, Michaele Maurino et Raymundo Dominelli testibus ad hec vocatis, et me jam dicto Notario subsignato.

N paris

Repetitio dicti Anthonii Blasii.

Jovis autem numerata vicesima sextima mensis predicti Julii suprius ultimo eidem delato pro termino assignata, adveniente in jam

dicta

dicta camera paramenti, et coram prenominatis Rev.mo dno nro Archiepo et magro Inquisitore, comparuit, et se personaliter presentavit dictus Anthonius delatus. Et repetitus ac interroga=tus per eosdem dd. Archiepm et Inquisitorem, seu alterum eorum, si ea omnia quae supius dixit et deposuit ipsis, de verbo ad verbum sibi expositis, in vulgari sermone datis ad intelligendum, sint vera et consistant in veritate. dixit et respondit quod sic. Et quod omnia illa deposita per eum firmiter credidit et tenuit. Et ulterius dixit, quod illos duos confessores, de quibus superius deposuit, qui venerunt ad dictum paratorium, locavit seu hospitavit eos illa nocte.

Item quod ille confessor qui audivit eum de confessione, nominatur Jacob, et loquitur idioma de pedemontium. Et quod dixit eidem loquenti, quod ipsi erant sex confessores in numero, sed alij quatuor iverant ad visitandum eos qui sunt de secta, et manent in montibus de Coni.

Interrogatus si fuerit alias inquisitus per aliquem Inquisitorem de huiusmodi haeresi seu secta. dixit quod non.

Interrogatus si cognoscat aliquem de secta Walden, qui fuerit alias abjuratus, dixit quod non.

Hec autem omnia dixit et deposuit idem Anthonius gratis et libere et ejus spontanea voluntate, presentibus prenominatis dnis Desiderio Martini alias Spanaterij, desiderio Fforgeti, et plu=ribus alijs, et me jamdicto Not. subsignato.

N. Paris.

Subsequenter vero anno premisso, et die quarta decima mensis Septembris, dicto Anthonio Blasij coram prefato Rev.mo dno nro Archiepo, assistentibus sibi quibus infra, et multis alijs presentibus,

in

in Camera Paramenti Aulæ Archiepiscopalis, situato et existente.

Idem Anthonius repetitus sponte iterum confessus fuit, abiuravit, petiitque ut infra in forma literarum dicti Domini Archiepiscopi, eidem Anthonio concessarum. Et idem Reverendissimus Dominus absolvit eum, et iniunxit eidem ac alia dixit et fecit, prout in eisdem literis suis continetur, quarum tenor sequitur et est talis.

est basis

Bulle pour absoudre [Num 5] Les vaudoys au legat.

Alexander Epus servus servorum dei, dilecto filio
Georgio tti sancti Sixti pbro, Cardinali Rothomagen, in
regno Francie nro et Aplice sedis Legato Saltm et Aplicam
ben. Cum nos hodie te in regno Francie, pro nonnullis
magnis et arduis universalis Ecclie et totius reip xpiane
negotiis, Legatum nrm de latere, de fratrum nrorum sancte
Romane Ecclie Cardinalium consilio duxerimus constituendum.
Nos volentes ea tibi concedere, per que psonis dicti regni
te possis reddere gratiosum, circumspectioni tue de qua in
hijs et alijs specialem in domino fiduciam obtinemus,
in eodem regno et limitibus legationis tue existendo, dicta
legatione durante, omnes et singulas personas tam Ecclicas
quam seculares, que a Catholice fidei et sancte mris Ecclie
documentis deviaverint seu deviantes, in heresim quomodolibet
lapse fuerint, et propterea excommunicationis et alias senten=
tias et penas Ecclicas vel seculares p quoscunque Judices
ordinarios et delegatos, aut Inquisitores heretice pravitatis,
latas, inflictas et promulgatas incurrerint, postquam ad veram
et Catholicam fidem redierint, et errores suos abjuraverint; necnon
hoc a te humiliter petierint, illas ab huioi sententijs et penis
auctte nra absolvendi, in forma Ecclie consueta iniunctis per=
sonis ipsis, pro modo culpe penitentia salutari, Et qd. talia de
cetero non comittant, nec ea comittentibus pbeant auxilium, consi=
-lium vel favorem, et cum psonis Ecclicis sup irregularitate
si quam sic ligate contraxerint, dispensandi tenore presentium
plenam et liberam concedimus ~~potestatem~~ facultatem. Datum
Rome

Romae apud sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicae
millesimo quingentesimo primo, Non. Aprilis, Pont. nri anno nono
B. Morini Rgta apud me Hadrianum.

Alexander Epus servus servorum Dei, dilecto filio ~~Gervasio~~ Georgio tituli sancti Sixti pbro, Cardinali Rothomagen, in regno ffrancie nro et Aplicae sedis Legato salutem et aplicam ben. Ab eo qui humani generis sumens effigiem, primi parentis lapsum reparando, corporis sui sanguinem in ara crucis effundere dignatus est, ad summum apicatus apicem meritis licet insufficientibus divina gra vocati, ad id cordis nri vota desideranter extendimus, ut sordidis lucris et noxijs cupiditatibus propulsatis, ubilibet oves dnice superna nobis dispositione comissa fructum deportent nitidum, et ab ijs que corpus animamque comaculant tremendi supplicij examen fugientes alias alienas se penitus efferant et immunes. Cum igitur nos hodie te in regno ffranciae, pro nonnullis magnis et arduis universalis Ecclie et totius reip: xpiane negotijs, Legatum nrum de latere, de fratrum nrorum sanctae Romanae Ecclie Cardinalium consilio duxerimus constituend: Et (sicut accepimus) in plerisque civitatib, terris, castris, oppidis, villis et locis in eodem ~~loco~~ regno consistentibus adeo flagitiosum, et utriusque testati pagina detestandum ~~irrepsit~~ usurarum crimen irrepsit, qd nonnulli tam xpiani quam Judaei, Judicis universorum timore postposito, et illius, qd ad nram ptinet instructionem, qui pecuniam suam non dedit ~~ad~~ usuram, et munera super innocentem non accepit, documenti immemores; ut turpib lucris ditentur, Ecclesiae usurarum ardentius intumescentes, eas pu:te et occulte ~~exercere~~ exercere, ac pecuniarum quantitates lucri obscaeni captandi causa, pactis et conditionibus reprobis adiectis, constitutis in periuria personis mutuo concedere et ultra sortem recipere non formidant, et tam execrabiles sibi venditandos questus exquisitis ingenijs sup huiusmodi eis solvendis usuris quam plures personas utriusque sexus, etiam datis desuper fideiussoribus, per-

quos

quos singula juris remedia, quibus repeti possent eadem usurae, abrenunciare cogerunt, ac tot tamquam varijs juramentorum, promissionum et obligationum astrinxerunt vinculis, quod omni juris sublato et expulsato suffragio, personae praedictae pro huiusmodi redimendis usuris suorum bonorum substantia exutae hactenus remanserunt, et remanent indies plurimum aggravatae. Ac etiam forsan ipsius regni rex juravit, quod de huiusmodi usurarum crimine, per se vel quosvis alios judices etiam Ecclesiasticos praetextu cuiusvis facultatis etiam a Sede Apostolica per illius litteras concessae seu concedendae, usurarios praedictos non inquietare, vel contra eos inquirere, seu inquietari vel inquiri permittant. Nos igitur formidandam quam ex praemissis succedit divinae majestatis offensam, prout ex debito nobis injuncti pastoralis incumbit officij, amplius amplius tollerare non valentes, et super hijs nostri desiderij partes salubriter impartiri cupientes ac attendentes quod ex juramento praedicto quod nutativum

nutritivum praedicti existit ~~intentivum~~ incentivum tribuitur delinquendi, Ac incolae et habitatores dicti regni illius, praetextu impunitatem suorum delictorum consequendo, quinque juramentum non debet esse iniquitatis vinculum, praefatum regem ad juramenti praedicti observantiam nullatenus teneri, seu arctari, aut obligari, seu obligatum aut arctatum esse debere, auctoritate Apostolica tenore praesentium decernimus et declaramus. Et insuper circumspectioni tuae, de qua in hijs et alijs specialem in Domino fiduciam obtinemus, committimus et mandamus, quod etiam postquam legationem tuam ~~[illegible]~~ inceperis per te, vel alium seu alios in eodem regno et limitibus legationis tuae existendo, ipsa Legatione durante. Omnes et singulos cuiusvis dignitatis, status, ordinis vel conditionis fuerint, qui damnabili praesumptione praemissis inhaerent et utuntur usuris, auctoritate nostra moneas, ut sua sorte contenti omnes et singulas pecunias, ac alia, res ~~et~~ et bona mobilia et immobilia, quae per usurariam pravitatem extorserunt, fructibus computatis, in sortem plenario restituant, ac ab usurarijs exactionibus, et quod illae

solvantur, juxta

solvantur juxta pacta et conventiones desuper facta, ac lras et instra quæcumque sub quibuscumque exquisitis tenoribus, et cum quibuscumque adjectis clausulis et cautelis confectas et confecta, exinde etiam pignorum et hostagiorum adjectiones, seu alii super ipsorum pactionum, conditionum, tenorum, lrarum, ac instrorum eorundem observatione monitionibus et requisitionibus præviis penitus et omnino desistant, juramenta relaxerit, fidejussores super hoc datos a fidejussione hujusmodi absolvant, et pignora restituant, Xpianos vero per censuram et cam et illa quæ in Lateranen concilio contra usurarios edita fuere, Judaeos vero per subtractionem communionis fidelium, et alias congruentes, quas usurarij Christiani et Judei magis timebunt, et de quibus eidem circumspectioni tuæ videbitur pœnas, dicta auctoritate, sublato cujuscumque appellationis obstaculo compellas testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Præterea si et postquam de principalibus summis satisfactum esse dictæ circumspectioni tuæ aut deputando vel deputandis per te legitime constiterit pro alijs ac quibuscumque dependen ab eisdem solvendis, omnia et singula quæ per obligationes et pactus sub quibuscumque vijs, modis et formis processerint, etiam protinus auctoritate præfata relaxes cassos et irritos, ac nullius firmitatis existere, ad illorum quoque seu alicujus ex eis observantiam principales personas et eorum fidejussores minime teneri auctoritate præfata decernas, non permittens eos occasione præmissorum præter obligationes hujusmodi per quoscumque in judicio vel extra molestari seu inquietari. — Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, etiam invocato auxilio brachio seculari, Non obstan felicis recordationis Bonifacij Papæ octavi prædecessoris nostri, illa præsertim qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem vel diocæsin, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dictam a fine sua diocæsis

diocesis ad judicium evocetur, seu ne Judices a sede Apostolica deputati contra quoscunque procedere, aut alii seu aliis vices suas committere presumant, ac de duabus dietis in concilio generali, necnon de personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, et aliis constitutionibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Seu si dictis usurariis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prefata sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possunt, per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus quo expressam vel totaliter insertam tui interim explicatis et premissorum exercitio impediri valeat quomodolibet, vel differri. Et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Datis Rome apud sanctum Petrum Anno incarnationis Dominice, Millesimo quingentesimo primo, Nonis Aprilis, Pontificatus nostri anno nono

B. Morini, et in dorso Registrata apud me Adonime.

Bulle d'Absolution en faveur des Usuriers.

Autre bulle pour absoudre de tout crime
et particulierement d'heresie ?

Alexander Epus servus servorum dei. dilecto filio Georgio
tituli sancti sixti pbro Car^li Rothomagen in regno ffrancie
nro et Aplice sedis Legato salutem et Aplicam ben. Cum nos dudum
te in regno ffrancia pro nonnullis arduis Romane Ecclie ac
totius reip: xpiane negotiis nro et Aplice sedis Legatum con=
stituerimus et deputaverimus, tibique contra quoscunque criminosos et delinquentes inquirendi, procedendi, eosque condemnandi,
et cum illis iuxta suorum exigentiam delictorum componendi, et
alia faciendi, et gerendi et exequendi concesserimus facultatem,
prout in nris desuper confectis lris plenius continetur. Nos
cupientes ut cum psonis tue legationis que crimina prorsus et
delicta aliqua comiserunt, et comiserint postquam suos recognoverint errores te possis reddere gratiosum circumspectioni tue, de qua in hiis et
aliis specialem in dno fiduciam obtinemus, cum quibuscis
personis dicte legationis, pro fructibus et bonis, sive ex
Symoniaca pravitate, sive ex furto, homicidio, usura aut
adulterio, sive ex indebita possessione et detentione benefici-
orum Ecclesiasticorum male perceptis, ac cum hiis qui manus
violentas in Clicos et psonas Ecliasticas injecerunt, ac qui illicita
juramenta fecerunt, ac p saltum ad ordines pmoti fuerunt
etiam pro fructibus beneficiorum male perceptis; necnon cum
depredationibus Apostatis ac Hereticis, omnibusque et singulis qui
quecunque crimina quantumcunque enormia comiserunt, et cum hiis
cum quibus dispensandi, ac eos absolvendi, condemnandi, ac
beneficia eis conferendi eidem circumspectioni tue p nos est
jam concessa facultas pro camera Aplica, prout melius vide-
bitur expedire componendi, illosque absolvendi, et contra eos
procedendi

procedendi ac ipsos condemnandi, et etiam cum eis dispensandi,
aliaque gerendi et faciendi, iuxta continentiam et tenorem

trax. aliar nrar tibi desuper concessar lrarum premissis, ac consti-
Adveniente autem dicta die Martis supra p dictos duos — Inquisitores et Comissarios ad audiendum eorum ordinatione sive sententiam dictis partibus pro termino assignata, quae fuit Martis ultima dicti mensis Marcij, et ante ingressum primae porta palacij dalphinalis Ebred., ac coram prenoiatis Dnis Inquisitore officiali et Sacrista Ebredun. comissarijs ad hoc specialiter deputatis, comparuit supranoiatus magister Sebastianus Marcellini sclo Albi, procur. sanctae fidei catholicae. Qui reproducto huioi processu et confessionibus supradicti delati, per quas apparet ipsum delatum animo pertinaci sententiam excois per duos annos vel circa sustinuisse, et ab huioi dalphinatus patria banitum fuisse; necnon nephandissimam Valden. seu pauperum de Lugduno sectam tenuisse, barbisq. dicta secta confessus fuisse, et eorum documenta credidisse, et quam — plurima alia graviora et enormia, in grave vilipendium fidei et totius religionis xpianae perpetrasse et comisisse, prout latius tenore huioi processus apparet. petijt eundem delatu juxta delictorum qualitatem, ac secundum juris formam senten — ciari et condempnari, processumq. ~~sive~~ ~~sive~~ sive forefacta eiusdem ibidem publice coram omni populo alta et intelligibili voce, per me Vincentium Gebaudi Graphanum sacrae inquisitionis, in vulgari

sermone

sermones [contra] Romanam Ecclesiam. Et quod pertinaciter tenentes
petrebrusianos(?) dicit non debent in hoc comburi. Reputat se bonum per-
-sarijs ait quod taliter debere tractari, non remisset ad sententiam ...
et misericorditer caritative sicut ceteri, quibus non obstantibus salutarem se
submitti, curam [eccle]siarum. ——— ... Et jam facti

fusteo Dni commissarij, in loco ... superior quod banco fusteo ad
hunc actum pro tribunali sedentes, more majorum suorum
auditis et intellectis utriusque partis dictis, requisitis et alle-
-gatis, Ordinarunt primo et ante omnia processum huiusmodi
sive perpetrata omnia jamdicti delati saltem graviora, ibidem in
lingua layca coram omni populo per jamdictum Prot. legi
et publicari, ipso quidem delato presente vidente et audiente
ad fines et effectus, ut cunctis talia nephandissima scelera
perpetrare et committere presumentibus, cedat in exemplum
maximumque terrorem. Deinde ipso processu prius publicato,
juxta presentis termini assignationem, ad eorum sententiam diffinitivam
processerunt, prout et quemadmodum in quadam papyri
schedula scripta, et per dictum Dominum Inquisitorem lecta,
et deinde in lingua laica dicto delato declarato legitur con-
-tineri. Cujus quidem papyri schedule tenor de verbo ad
verbum ibidem subsequenter describitur, et est talis ut ecce.

orig: excesserant Licet Heli summus Sacerdos in se bonus existeret, quia tamen
filiorum excessuant non corripuit, in se et in ipsius animad-
-versionis divinæ vindictam excepit. Nam filiis ejus in bello
peremptis, ipse de sella corruens fractis cervicibus expiravit.
Ad subscindendos igitur et corrigendos infructuosos palmites,
fatua quos tanquam ficus fatua pauperum de Lugduno spurcissima

secta

87

secta introduxit, tanto diligentius debet Ecclia potestas assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas. Sane dudum Rev.^us pater in xpo pater et Dns, Dns Johes, hujus insignis Ecclie Ebredunen Archiepus dignissimus predicta considerans, vigilis et operosi pastoris more, oves custodire sibi deputatas curaps a ferarum conservare incursibus, ad eradicand huioi pestiferam tabem sacrum Inquisitionis officium incipere curavit. Te autem Petrum Crispini dti Valoy de Sancto Andrea, post per eum tibi directas exhortationes, denuntiationes charitativasqz monitiones, ut ex processibus ejus luculenter colligitur, tua crescente contumacia vinculo excois astrinxit. Quam siquidem excois sententiam ptinaci et indurato animo longe ultra annum substinere non formidasti, Vocavit te Ecclia misericordia, et renuisti, extendit tibi manum suam, et eam aspicere recusasti, despexisti ejus consilium, suasqz increpationes neglexisti. Ipsa quoqz in interitu tuo ridebit, et subsannabitur cum tibi tempestas ingruerit. Sacra Scriptura testante invocabunt me et ego non exaudiam, mane consurgent et non invenient me, eo qd exosam habuerunt disciplinam, et timorem Dni non susceperunt. Volentes vero huioi pestilentium hoium insolentias remanere impunitas, cum resecandae sint putridae carnes ne sanis foetorem incutiant. Ad nram sententiam diffinitivam procedimus, in hunc qui sequitur modum, sacrosanctis Evangelijs coram nobis positis, et signo salutiferae crucis muni=entes, dicentes ~~sic~~ ✠ in nomine patris et filij et spiritus sancti. Nos frater Franciscus Ploneri sacrae

Sententia

pagina


pagine professor, ac in tota patria Dalphinatus et comitatu
Valentinen aucte ap^ca specialis deputatus, pravitatis hereticae
Inquisitor, ut nostrum de vultu Dei prodeat judicium, et oculi
nostri in omnibus videant equitatem, stateram certam manibus
gestantes, lances aequo libramine appendentes, assistentibus nobis
rev^dis dnis Petro Sabino, decretorum doctore, vicario et
Officiali Ebredunen diocesis, et Joh^e Francisci sacrista et
Canonico Ecclie Ebredun, ordinaria aucte nobis junctis, dicti
rev^mi dni nri Archiepi Ebredun, aliorumque peritorum —
communicato consilio. Viso toto processu contra te Petrum —
Crispini alias Valoy formato. Visis demum rebellionibus,
tergiversationibus et desperationibus per te hactenus commissis,
et visis deinde omnibus quae aequum judicium movere debent
ad certum judicium. Quia per tuam sponte factam —
confessionem, et etiam per tenorem processus tui ~~[illegible]~~ liquido
constat et apparet te fore et esse hereticum Valden pertinacem,
~~et~~ obstinatum, induratum, semperque fuisse, et excomunicatione
ultra annum per longum tempus substinuisse, subterfugia, —
cavillationes semper ut aufugeres quaesivisse. Te propterea —
impaenitentem omnino decernentes, et velut pertinacem hereticum
judicantes, prout etiam jus commune decernit, secularis potestatis
arbitrio relinquimus puniend. Et si forte ipsis jura
servantibus privandus visus fueris, qualem decernit sancta
mater Ecclia pro te misericordiam imploramus. Bona
autem tua mobilia et immobilia, quibus de jure competunt con=
fiscamus et confiscata esse declaramus.


Lata, lecta et per dictum dnum Inquisitorem sententialiter
promulgata, in loco superius designato. De qua siquidem remissione
hujusmodi, et omnibus et singulis premissis, suprafatus magr —

Sebastianus

Sebastianus Marcellini dicto Albi, fidei catholicæ procurator,
petijt sibi fieri publicum instrum, per me Not publicum infra^tu^.
præsentibus ibid spectabilibus viris, dominis, Johanne de —
Aymonetis, Raymundo Domicelli jurisperitis, no^li^ Johanne
de Rama, domino Joh[ann]e Raymundi cap^no^ magris Antho —
Garini et Andrea Brunoti Not testibus, et me notario —
Gobandi.
Demum vero sequitur tenor processus in vulgari sermone —
translati, et a proprio originali processu extracti, ac ante
prolationem supradictæ sententiæ publicæ lati et publicati, —
per me dictum Not^o^, jussu et precepto prefatorum dominorum —
Comissariorum, ut est.







Num 8.

90

Et premierement toy Pierre Valgis as dit et confessé que tu es parti du lieu de S.t André

Item que Jean Valoys ton pere estoit parti de Freissiniere.

Item que le tres Reverend pere en Christ mons.r d'Ambrun au temps passé ta fait citer et admonnester pour respondre devant luy de la saincte foy Catholique, aux quelles citations et monitions tu n'as iamais voulu obeir ny prester obeissance.

Item qu'en apres ledit Reverend pere mons.r d'Ambrun a entendu ta rebellion, et par ta contumace ta fait prononcer excommunié ia come desobeissant a saincte mere Eglise.

Item que tu as soustenu et cuité a ladite sentence de excommunication par lespace de dix ans, ou environ.

Item que apres que tu as esté excommunié tu ten es fuy et absenté dudit pais ou tu avois fait ta mansion et residence, tant en Province qu'en Oysens en Chastene ou tu as esté certain temps

Item quand tu estois fugitif as ouy, et entendu, et ta esté notifié par ta mere et tes soeurs que la Justice temporelle tavoit banni du pays come rebelle et desobeissant.

Item que nonobstant que ta fusses banni as esté depuis apres en Freissiniere par trois fois, c'est assavoir, la premiere fois un peu apres Pasques dernierement passées, la seconde fois environ la moisson et la troisiesme fois environ les festes de Chandeleur prochainement passées.

Et aussi pareillement as dit et confessé que apres ledit banissement tu es allé et venu plusieurs fois de nuict et heure suspecte a Sainct André, et en ta maison, et en la maison de Chaudt Saint, en laquelle maison toy et ton frere Audin avés mangé et beu une fois de nuict a heure suspecte.

Item que ledit Audin et tes soeurs ont esté excommuniés come par lauctorité du tres Reverend pere Mons.r d'Ambrun parce que tu n'as point voulu venir devant luy pour respondre de la saincte foy Catholique.

Item

Ite que quand tu estois en Orsiero, que tu descendis en son collier car ta mere t'avoit aussi que l'on te voulloit pendre./

Item que estant audit lieu d'Orsiero, ung qui s'appelloit mons.r Honora Dio, vicaire dudit lieu t'exhorta et admonneste par plusieurs fois, que tu vinsses a obeissance, de laquelle chose tu n'en fait autre mention ny conte./

Item qu'au temps passé tu as contribué avec ceux de ta freisiniere, pour empescher l'office de la saincte Inquisition./

Item qu'au temps passé il y a environ trois ans que tu avois charge d'Anthoine Baudon de Chasteau Roux, d'aller dire a Jame Jammet de Ossteys, qu'il avoit un parchemin pour ceux de la Freissiniere, auquel parchemin se devoit escrire, cer... instrument pour mander a Rome, afin d'impetrer certains juges apostoliques, lequel Jame Jammet te respo... qu'il feroit tout ce qu'il luy seroit possible de faire./

Item que depuis que tu estois de l'aage de ... ans jusques a ce jour present tu as tenu la secte des pouvres de Lyon appellés Vauldois, et auxquels tu as donné foy et creance./

Item que perseverant en ladite secte des Vauldois tu te confessé aux barbes de ladite secte, c'est ascavoir quatre voyages et as receu absolution d'iceux./

Item que la premiere et la seconde fois, que tu fus confessé de Ban... tu te confessas a Sainct Andre dedans une chambre de la maison que ton pere tenoit de Mons.r le Prieur des Balmes en arrentement, lequel Barbe s'appelloit Barbe Symon, lequel te donna deux aiguilles./

Item que la troisiesme fois tu tes confessé a la maison de Dum... Baudon de Chasteau Roux d'un autre Barbe, lequel tu ne scavois comment il avoit nom

Item que la quatriesme fois tu te confessas en Freissiniere d... qui s'appelloit Barbe Anthoine en la maison de Gabriel motet

Item que lesdits Barbes te disoyent que tu te confessasses bien, et que tu ne te souciasses pas chanso a digna que non volries que fach a te

It que lesdits Barbes te faysoyent croyre qu'en l'autre monde il n'y avoit que deux chemins, c'est asçavoir / de Paradis et d'Enfer, et que tu ne croyois de Purgatoire. /

It que l'on doit tant seulement prier Dieu, et non pas les Saints ny les Sainctes, car les ne peuvent de rien ayder a dict xheny.

It que ceux de ladite secte ne font pas le Caresme prenant le dimanche apres les cendres. /

It que les Vigiles des grandes festes se doyvent jeusner et non pas les autres vigiles. /

It que iurer Dieu tant par la Messe que par la vie estoit peché mortel. /

It que l'on ne devoit pas tenir ny faire conte de tesmoignage car l'eglise avoit troublé, qui estoit l'utilité de la messe. /

It que l'eau benitte ne profitte de rien, car toutes les eaux sont benittes

It que nostre Saint pere le Pape ny par consequent degenogeants de l'eglise, n'a aucune puissance, car nous n'observons ny devons la vie en la regle que devons tenir et observer car tant quand on a de Sainteté l'on a autant de puissance. /

It qu'il vault mieux confesser ses pechés a un homme de bien, que de ne le faire pas a un chaplain qui soit pecheur. /

It que tu as creu et tenu les articles cy dessus dits iusques au jour present ainsi comme les Barbes t'avoyent enseigné. /

It as dit et confessé que ton pere tandis qu'il vivoit et ta mere se confessoyent audits Barbes comme tu faisois. /

It pareillement aussi ton frere Audin, Thomasse, Marthe tes soeurs, se sont confessées audits Barbes comme toy.

Die ultima Martij ante

1489.

N Gebaridi

Procés contre Pierre Valet de Fressiniere.
Confisqué ses biens le livrant au bras seculiere.

N. 8

~~Pierre de Jacobs~~

Pierre Fauber do…
Dict barbe Mar…
Rogier de ygue…
Faict de paillard…
Junysham deux R…
Justice a prendr…

Vu les services…
dessus… p…
[illegible]

92. ~~Pierre de Jacob~~

Procès contre deux barbes assavoir Francois de Gerundino dict barbe Martin & Pierre de Jacob dict barbe Jean aux Responses desquels ont esté adioustées des calomnies sur le faict de paillardise & d'idolatrie comme appert par le iunctum desd. Responses en brevet y ioinct lequel le greffier a estendu a son plaisir.

Num. 9.

Un des principaux griefs c'est quils changeoyent les depositions & inseroyent dedans une infinite de faulses calomnies.

Henre Jean Archevesque d'Ambrun.

~~Anno dni m° iiij^c lxxxxij~~

Anno dnī millo cccc° lxxxxij°

Processus sive Inquisitio facta p quendam dnum Bertho^m Pascalis, feriem assiden— ven.^libg viris dnis Poncio Poncij, Consiliario— Delphinali Dalph. in suo plat° Gronol, et Oroncio Emé Judice Brianson.

1492. Num. 9.

Copia processuum factorum in Ulrio dioc. Taurinen, per Vicarium Monast. Ulrien, contra Franciscum de Girundina Barbam Martinum, dioc. Spoletane et Petrum de Jacobo dictor de Castro Albanj, dioc. Spoletani, una cum nomi aliorum Barbarum huici sectæ.

Forme d'abjuration.

Num. 18.

Quod nunquam quorumlibet suasionibus vel quorumq. alio modo, ad errorem, p̄fertim dictæ sectæ Valdensium, a qua Redemptoris nostri gratia liberatus sum, vel ad aliam cujuscumq. alterius hæresis a Romana Eccl.ia reprobatæ, quorumq. nomine censeatur, errando forte in aliquo capitulo; aut credendo vel fidem habendo errantibus revertar. Neqz recipiendo, benefaciendo, occultando seu celando, vel defendo vel alio quovismodo scripto, dicto vel facto, eis consilium, auxilium vel favorem, per me, vel aliam seu alios, scienter seu malitiose p̄stabo. Quod si forte (quod absit a me!) p̄dicta omnia non observavero et complevero, volo ac concedo, et me ego ipse judicio expono, atqz condemno, qd sine ampliori convictione vel sententia, excommunicatus haberer, perjurus et hæreticus manifestus: ac confisca^ōi omnium bonorum meorum, et alijs pœnis, quæ relapsis et manifestis hæreticis jure judicantur, ipso facto subjacerem.

1°

Jhus

1492. Anno domini millesimo cccc^mo nonagesimo secundo, die sextima mensis Augusti, apud Pinerolium, venerabilis dominus Bartho[lomeus] Pascalis canonicus et Pitanzerius, ac locumtenens venerandi domini de Turellis, vicarii generalis Rev^mi in Xpo patris et domini, domini Johannis Michaelis, miseratione divina Epi Penestrini, Cardinalis, Sancti Angeli Administratoris, et Commendatarii incliti Monasterii Pinerolien., secum existentibus spectabilibus et egregiis dominis Pontio Pontii Dalphinali consiliario, et Oronrio Eme judice Brian., processit ad examinationem Francisci de Girundino de Spoleto, Barba Martino nuncupato, detento infra carceres Dalphinalis Pinerolii.

Franc de Girundino
dictus
Barba Martinus.

Et primo dixit, quod sunt sexdecim anni elapsi quod Gierundinus eius pater ipsum loquentem ipsam fidem Valdensium et haeresim docuit, et incepit ipsum ducere per patrias.

Interrogatus per quas patrias et regiones eum conduxit, dixit quod per patrias et regiones Italiae, viz. Januae, Bononiae, Lucae, et per montem Marchae Anconae.

Et ipse eius pater, qui erat Barba, ibat ad confitendum et et predicandum gentes in illis montibus.

Interrogatus cum quibus fuit, in quibus partibus, et quos perseveravit et conversatus est; dixit quod ex post secundo

anno

anno ivit ad addiscendum dictam doctrinam Waldensium, cum uno alio Barba vocato Barnoro, qui erat de loco Perusase, et de dominio de Camerino, qui duxit ~~ipsum~~ ipsum spacio duorum vel trium annorum, per loca supra dicta.

Interrogatus cum quo, ex post dictum Barnoro, sequutus est dictam doctrinam. Dixit quod cum quodam alio Barba nominato Jesue, qui erat de loco Sancto, de dominio de Camerino, prope locum de Camerino, trium miliariorum de Charreto.

Dicens ulterius, quod postquam ivit cum dicto Jesue, ad confitendum et edificandum dictam sectam, et per dicta loca, quidam alius Barba nominatus Andreas, duxit ipsum ad eorum magnum magistrum, qui vocatur Johannes Anthonij, et qui suam residentiam facit in loco de Cambro, de dominio Papae.

Magnus Magister

Interrogatus quid sibi dixit dictus magnus magister, dixit quod, ~~imprimis~~ imprimis iniunxit sibi, super omnibus, quod faceret sacramentum sub fide prestitum, et aliis insuper quod pro aliquo mundi non revelaret pr... nec manifestaret quae sibi dicere volebat.

Dicens sibi, quod manifestare seu revelare eorum fidem erat ~~erat~~ peccatum inexpiabile et irremissibile. Dicens eidem quod si vellet sectam tenere, et insequi dictam sectam, faceret sibi multa bona.

Interrogatus si erant aliqui alij, dixit quod sic, quos vocabant Barbas, et vocabatur ipse magnus magister eorum Barba et dicebat quod omnes tenebant dictam fidem, et quod tenerent secreto.

Et ulterius dicebat, magnus magister quod monebat eos, ut

servarent

servarent eorum fidem, et essent salvati: et ita predicabant, quod omnes qui sequuntur eorum fidem erunt salvati; qui vero non sequerentur eandem sectam non erunt salvati, sed erunt damnati.

Interrogatus quod est potissimum fundamentum eorum fidei et sectae, dixit quod eorum magister dixit, et ita reperiunt dicti Barbae eundo per mundum, quod propter malam et pessimam vitam Papae, Cardinalium, Episcoporum et Sacerdotum religiosorum, et omnium aliorum Ecclesiasticorum virorum, ipsi Barbae sequuntur hanc fidem, et reperierunt infinitos sequaces; quia dicti Papa, Cardinales, Episcopi, et Ecclesiastici viri ducunt, et omnes sequuntur avaritiam, luxuriam, ac superbiam et pompas, peccatum gulae et irae; et in hoc omnes viri Ecclesiastici errant. Et eorum in hoc est potissimum fundamentum, quia viri Ecclesiastici male et pessime vivunt.

Si reprehendunt luxuriam in Sacerdotibus, [q]uomodo utuntur [...]nifruo concubitu?

Dicens ulterius, quod postquam ipsi viri Ecclesiastici sunt in peccato mortali, non possunt ministrare Sacramenta, nec valent ea quae ipsi faciunt; quia quando efficiuntur Sacerdotes, jurant castitatem, puritatem et virginitatem: et quando committunt peccata, frangunt fidem et juramentum, et veniunt contra fidem, et expost perdunt omnimodam potestatem. Quia quando candela lucens mortua est, non potest aliam vivificare.

Dicens ulterius, quod non est Papa, nec Cardinalis, nec Episcopus, nec aliquis alius Ecclesiasticus vir, qui ut plurimum non habeat suam amasiam Dominam, et suum ragasium qui dormiunt cum ipsis.

[No]ta bene. Si enim [da]mnant luxuriam, [q]uomodo utuntur pro[...]nifruo concubitu, [u]t imponunt infra?

Dicens ulterius, quod dictus ejus magnus magister eisdem injunxit,

quod predicarent et ampliarent eam fidem, et traherent — gentes quantum possent ad illam; quia hoc faciendo lucrarentur vitam æternam. Cum omnes de eorum fide sunt — salvati, cæteri vero damnati.

Comes. | mutant nomen.

Dicens quod quando eorum magnus magister, quem appellant Comitem, facit eos Barbas, et dat eis potestatem, mutat eorum nomina. Et quod ipse, antequam esset Barba effectus per dictum eorum comitem, appellabatur ffranciscus, ~~[illegible]~~; et quando fuit factus Barba, imposuit sibi nomen Martinus.

Dicens ulterius quod constituuntur Barbæ; et vacat officium Barbarum; et quando moritur aliquis Barba, substituitur unus alius loco illius.

Interrogatus si habeant provintias, dixit quod non, sed vadunt per mundum circumcirca.

Interrogatus quid ulterius iniungebat eorum magister, et quid predicare consueverunt Barbæ per orbem. Dixit quod dicebat, et ipsi predicare consueverunt, quod unus solus Deus est adorandus, qui creavit cælum et terram, lunam, solem, et stellas, et aquam, et quod credant solum et duntaxat ea quæ vident.

Deus solus adorandus.

Additamentum, nam non vident Deum, et in originali erat Xbum, ~~deerat~~ deletum et loco illius positum vident.

Interrogatus quid dicebat eorum magister eisdem Barbis de Sanctis, et quid predicant de sanctis. Dixit quod credunt in sanctum Petrum, et post ipsum in sanctum Gregorium, et Silvestrum, et in sanctum Johannem Evangelistam; in sanctum Paulum vero non credunt, quia fuit assassinus.

Interrogatus quare melius credunt in sanctum Petrum, quam in sanctum Paulum, dixit quod ex eo, quia Deus constituit

eundem

eundem Sanctum Petrum vicarium suum, et dedit eidem
potestatem absolvendi et ligandi, et qd ipse Sanctus Petrus
fecit ipso vivente miracula, et ideo credunt in ipsum
~~praeter~~ inter caetera.

Interrogatus quae miracula fecit, dixit qd quando Sanctus
Petrus construi faciebat Ecclesiam Sancti Petri in Roma,
Diabolus venit ad ipsum et dixit eidem, Ego faciam con=
struere pulchriorem domum, quam tu in breviori tempore,
dicens qd in ~~et~~ crastinum et modicum post, Diabolus
dixit Sancto Petro, venias ad videndum domum quam feci;
dum tamen qd quando intrabis dictam domum quam feci,
aliquo pacto non facias signum crucis. Et eo tunc Sanctus
Petrus venit ad visitandum dictam casam seu domum, et
cum fuit in conspectu dictae domus, quae nunc dicitur Sancta
Maria de Rotunda cum Cantella, fecit signum crucis,
dicendo, et apponendo manum ad barbam, et per istam
sanctam barbam: deinde ponendo manum ad stomachum,
dicendo per istum sanctum fontem: deinde ad brachia
dextra et sinistra, dicendo per istas spatulas ista est domus
pulchra. Quo signo crucis, ut supra, facto, Diabolus
voluit ipsam domum destruere; sed Sanctus Petrus impedivit
ipsum, et adjurationem eidem fecit. Et quia dictus
Sanctus Petrus erat in valvis Ecclesiae, Diabolus non
potuit exire per januam, sed affixit pedes in terram,
dimisit vestigia, et exivit per istud foramen qd fecit
in sumitate Ecclesiae, et qd foramen adhuc est nunc; nec
potuit expost reparari. Et propter dictum miraculum,
quod videtur ocularitier, credunt in Sanctum Petrum.

Figmenta.

In

In alijs autem sanctis non credunt, quia fuerunt peccatores, et non viderunt eorum miracula.

De sancto autem Johanne Baptista dixit, quia non petijt gratiam a Domino, expectatur qd in die judicij intercedet pro omnibus, et nescitur si est in terra vel in caelo, et credit qd est in paradiso terrestri.

Dicens ulterius, qd in Angelis, Archangelis, Cherubin et Seraphin credunt, quia fuerunt creati a Deo in vita aeterna.

Virgo Maria. De Virgine Maria autem dixit, qd quia solus Deus est adorandus, non sunt certi qd Virgo Maria audiat preces nostras, quia fuit humana creatura. Et qd Ave Maria non est oratio, sed annunciatio et salutatio, et ideo non injungunt in paenitentiam eis, qui sunt de eorum secta, qd dicant Ave Maria. Et qd solus Pater noster est vera oratio, quia a Deo facta fuit oratio illa.

Annunciatio non est oratio.

Purgatorye. De Purgatorio dixit, qd nullum est purgatorium, sed viri Ecclesiastici propter avaritiam ipsorum reperierunt, ad extorquend pecunias pro missis et orationibus dicendis, quae de nihilo prosunt. Quia postquam homo moritur, aut est salvatus, aut est damnatus.

Aqua benedicta. De aqua benedicta dixit, qd predicant, dicunt et credunt, qd omni anno de mense Maij, et in die ascensionis Domini, qd Deus benedicit caelum, terram, aquam, herbas, ~~fluvium~~ flumina, fontes, et omnes fructus, et qd illa benedictio est securior, quam illa quae fit a presbyteris; quia non valet, nisi sint puri et mundi ab omni peccato, et quia quam plurimum Sacerdotes sunt peccatores (ut supra dixit) et per consequens

et

Et huiusmodi rationes non credunt in alijs Sacramentis ministratis per viros Ecclesiasticos.

Templis. Dicens ulterius, quod tantum valet orare in stabulo, quantum in templo, quia Deus est ubique.

Festa. De festivitatibus autem dixit, quod festa quae sunt precepta a Deo, prout est dies dominicus, festum nativitatis Domini, festum Paschae, Ascensionis et Pentecostes sunt celebranda; alia autem festa virginis Mariae, et Sanctorum sunt festivala, et qui non vult, non tenetur illa ~~celebrare~~ colere. Quia non sunt precepta, nec vigilia ipsarum festivitatum sunt jejunandae.

De corpore Christi dicunt, quod quia viri Ecclesiastici sunt (ut supra) mali et pessimae vitae, et ~~pec~~ peccatores, quod non possunt consecrare corpus Christi, et non valet consecratio per ipsos facta. Ideo ipsi Barbae, et qui sunt de eorum secta,

Eucharistia. non recipiunt Eucharistiam, sed loco Eucharistiae benedicunt panem, et dicunt, quod illa benedictio est majoris virtutis, quam dicta consecratio, ex eo, quia tantum, ~~quantum~~ quantum quis habet bonitatis et puritatis, tantum habet et potestatis.

De peccato carnis autem dixit inprimis, quod eundo per mundum, et predicando de nocte, faciunt congregationes et Synagogas, in quibus inprimis predicatio fit per ipsum Barbam, et facta predicatione, incipiunt festa, solatia et choreas ducere, invicem discurrendo per locum ubi sunt, cum candela accensa, absque quod se ad invicem teneant per manus; et celebratis ipsis

~~Commentu~~ de commixtione, cum supra damnet luxuriam Sacerdotum. festis et solatijs, alter ipsorum, et nescitur quis, sufflat lumen; quo sufflato, quilibet exercet opera ~~[illegible]~~ carnis, prout accidit casualiter; nec ibidem habetur respectus ad patrem, matrem, filiam, ~~nec~~ nec ad aliquod. Dicens, ~~ipsi~~ quod ~~[illegible]~~

q^d si in dicta Synagoga generetur filius, q^d ille filius erit in futurum aptior ad exercendum officium Barbarum, predicationum et confessionum, quam aliquis alius, quia genitus est in dicta Synagoga. et celebrata dicta Synagoga quilibet recedit.

Dicens ulterius, q^d ipsa Synagoga fit semel in anno in qualibet patria, et q^d Barba qui est de patria, in qua fit Synagoga, interest in ipsa Synagoga, quia habet ibidem parentes. Si-tamen non est de patria, solum predicat, et post dirigit fieri inter ipsos eorum Synagogam, eo quia non ~~potest~~ possit se invisere cum parentibus suis. Et aliter non se poneret in dicta Synagoga, nisi haberet parentes.

Extra autem Synagogam dicunt, tenent et predicant, q^d peccatum luxuria non est peccatum, nisi de matre ad filium, et e converso, et de compatre ad commatrem, et non ultra. rationem reddens, Quia a Deo est facta prohibitio de filio ad matrem. Nam-cum Deus ascenderet ad celum, dixit vulgariter et formaliter ut sequitur, Cresceté et multiplicamini.

Luxuria

Interrogatus q^d declaret illa verba, dixit q^d Deus ascendendo in celos, dixit predicta verba, intelligendo q^d homo non debet reverti ad vulvam matris, unde exivit, et dicendo respi-cite sanctum Johem Baptistam, quia sanctus Johannes Bap-tista baptizavit eum, et ex predictis per legem divinam prohibita est commixtio de filio et de commatre. Omnis autem alia carnalis copula permissa est, quia non est prohibita a Deo, sed solum ab Ecclesia, et ideo indifferenter cognoscunt se ad invicem, et utuntur dicta carnali copula, nec contra-dicunt sibi invicem, quia melius est nubere quam uri.

Dicens ulterius, q^d inter ipsos est honor, quando Barbe

cognoscunt

cognoscunt eorundem Waldensium et de secta filias.

Et ulterius, si aliquis de secta ipsorum requirat aliquam mulierem, non contradicunt, quia non est peccatum, nec respiciunt parentes, nisi ut supra.

Dicens, quod habent articulum inter ipsos, qui sunt de secta, quod unus subveniat alteri, ex quo mulieres non audent eisdem negare vel contradicere.

Juramentum.

Super jurejurando dixit, quod nullo pacto juramentum est, et quod nullo modo jurant inter ipsos, nec pro vero, nec pro falso, quia est peccatum mortale.

Dicens ulterius, quod pro quovis delicto, quantumcunque grave sit, quis non est tradendus morti, nisi sit homicida.

Dicens ulterius, quod quando creantur Barbe per eorum comitem et magistrum, magister convocat certos alios Barbas eorum, ut supra dixit. Et addendo ad ea quae supra deposuit, dicunt et juramentum praestant ipsi Barbe, prout formaliter sequitur: Tu talis jura supra

Et non jurant supra.

Creatio et jusjurandum Barbarum.

Dicens ulterius, quod quando ipsi Barbe audiunt confessiones a gentibus de eorum secta secretam, nec confiteantur Sacerdotibus, nec recipiant Eucharistiam, nisi ficte et simulate, et iniungunt eis quod dictam sectam teneant.

Peregrinatio ipsius

No. de patriis et provinciis Borbonii, Anicii, hoc est dnã urã de Podio, Forensii, Alvernie de Marca, et Burdegalen., et predicationibus et confessionibus Walden., ibi confessoribus eorum Laicis factis.

Dicens ulterius, quod postquam exercuit officium Barbarum dicte secte per Italiam, spacio sex annorum vel circa, quod a duobus annis citra transivit per montes, pergendo versus provinciam Provincie, et regnum Francie, et prima vice cum quodam alio Barba, vocato Anthonio de Spilharalha defuncto, et anno lapso ipsi duo venerunt et transiverunt per montem Cinesium, et venerunt ad regnum Francie, et fuerunt in provinciis Borboni, et de Baudeys Rodeys, Foresii Alvergne de Marca, usque ad patriam de Gordelleys, et in dictis provinciis predicaverunt eorum sectam, et confessi fuerunt quam plures in dictis provinciis de dicta eorum secta, et ad se dictam sectam traxerunt quantum potuerunt.

Dicens ulterius quod repererunt se quinque alii Barbe in loco de Lymogiis, [illegible], Colla de Faro, Baptista de Thomasso, Paulo de mala carne, Bartholomeo de Moncollio, Bastiano Luco, omnes de patria Spolitan, qui docuerunt ipsum loquentem et eius socium, et alios de eorum secta, et docuerunt eos loca ad que possent accedere, et ibidem predicare. Et quod ex tunc iverunt ad predicandum ad dictas patrias et regiones, ut supra.

paupores de Lugduno ultra montes.

paupores mundi in Italia.

Interrogatus quomodo nominantur omnes tenentes eorum sectam, dixit quod de ultra montes, in regno Francie appellantur paupores de Lugduno: de citra vero montes in patria Italie appellantur paupores mundi. Isto vero anno venit cum Andrea etiam eius socio Barba, et venerunt per patriam Jaune, deinde

per

per Riviam et ad Civitatem Aquensem, deinde ad patriam de Vivaresio, ubi repererunt aliquos de ista secta ibid in montibus Albenarij, et de Privario, et ex post versus Alverniam, apud clarum montem, vid, ad montem de monte aureo, in quo monte sunt plures de dicta secta, et multi reperiuntur, et ibid maxime augmentatur dicta secta, propter malam vitam quam tenent Ecclesiastici viri.

Nota: de Vivaresio.

De Alvernia et monte auro, apud clarum montem.

Item ulterius dixit, quod ista secta crescit et pullulat in locis de Heretable de stabulo, et in Craponа, et Servoria, in eadem regione Alvergniae, et etiam in patria fforesij, in montibus de ffurins, in fforesio et de sancto Safarino; deinde venit ad patriam Belijosij, in qua etiam viget dicta secta, vid in locis seu montibus prope villam Belli Joci, et prope villam ffrancam. Et de loco belli Joci venerunt Lugdunum, et cum fuerunt in civitate Lugduni, viz, die ultima Maij proxime fluxi, hospitati fuerunt retro sanctum Nisiorum, in dispensorio signi ffornicum, et se repererunt ibidem, et deliberatione inter eos facta, octo Barbae, viz, alij sex cum ipsis duobus, viz, Paschalis de Pirho, Jacobus de Laro, Petrus Mathei de Cavriano, Hurho de Andrea, Pasturhs de Jaro, et cum praedicto Petrino de Jaro, qui partialiter detinetur cum dicto loquente; qui omnes octo sunt de patria Spolitana, et ibidem ad invicem congregati, habuerunt conferentiam de gestis et gerendis per ipsos, recitantes loca unde veniebant, et quo ibant.

de Heretable

De fforesio et sancto Safarino, et montibus Belli Joci

Nota: de dispensorio fornicum Lugduni.

Interrogatus quis ipsorum sex reddebat rationem de patria Dalphinatus, dixit quod Paschalis et Pasturhus, et dicebant quod fuerant in Dalphinatu, et repererunt multos in patria Valentinensi in montibus, de secta Valdensium, et fuerunt etiam in patria Ebredunensi et Vapincensi ubi etiam reperiebant multos, qui fuerant banniti ab eorum patria, et ejecti ab eorum domibus, et propter maximas tribulationes,

Nota: de montibus patriae Valentinensis

Valentinensi et de patria Ebredunensi

quas

quas habuerant aliqui ex eis, dicebant q(uo)d volebant tenere bonam fidem; alii vero dicebant q(uo)d credebant habere remedium, et q(uo)d volebant habere et tenere eorum sectam.

Dicens ulterius, q(uo)d cum ipse et alius Andreas Barba eius socius, de mense Martii proximo fluxo, transierent per Provinciam, veniendo ab eorum domibus, in ipsa patria Provincia, et prope civitatem Aquensem reperierunt tres, qui dicebant q(uo)d erant de Dalphinatu, qui tres cognoverunt ipsos Barbas in habitibus eorum, viz. in mantellis, et habuerunt invicem verba de dicta eorum secta, et ipsi tres homines dixerunt, q(uo)d erant banniti, et expectabant habere gratiam, et restitui in eorum bonis et patria, et continuare in eorum proposito primo.

De hereticis bannitis a p(at)ria Dalph(ina)tus etia(m) ficte conversis sperantib(us) ad p(at)riam et bona reverti.

Item dixit, q(uo)d ipse Pastralis et Pasturhius, qui fuerant in Dalphinatu, dicebant, q(uo)d quantum potuerant conati fuerant consolari ipsos bannitos et expulsos a Dalphinatu, sed causante ~~nimi~~ dura et nimia persecutione compatiebantur ut vecordes et remissi; alii autem erant malo voluntatis redeundi, sperantes habere gratiam.

No: de hereticis fratricio et vicinos ficte conversis sperantib(us) ad p(at)riam reverti.

Dicens ulterius, q(uo)d prenominati duo Barbe dicebant, q(uo)d habebant magnos persequutores contra ipsos in patria Dalphinatus, viz. rev(erendissimu)m d(omi)n(u)m Archiep(iscop)um Ebred(unensem), et d(omi)n(u)m Pontium Pontii, Consiliarium, et d(omi)n(u)m Vicarium ~~fiu~~ eius Iudicem Briand, quem d(omi)n(u)m Pontium comminabantur, q(uo)d si ipsi reperirent, facerent sibi

Dicens ulterius, q(uo)d ipsi octo Barbe discesserunt omnes ad civitatem Lugduni, et ipse loquens mutavit socium, quia loco dicti Andree Barbe, cepit dictum Barbam Petrum initialiter ~~[illegible]~~ detentum, alii vero barbe discesserunt, et retrocesserunt ad eorum patriam, ex deliberatione inter eos facta, ut dicebant. Dictus autem Petrus Barba eius novus socius, et ipse loquens reversi sunt ad

Dominica

No: de civitate Eduen in Burgundia.

dominam nostram de Podio, ut supra dixit, et ad alia loca Alvergne, Forensij. Belli Jori, tendendo ad civitatem Santini in Burgundia, in qua dioc. et in quadam valle, in qua est quoddam parvum flumen, quod discurrit a flumine de Loia. In qua valle sunt aliqui de dicta secta. Et post venerunt per patriam belli Jori, viz prope villam dicti belli Jori et villa Franchae, ubi etiam de eorum secta consortes multi sunt, et ibidem morantur. Et exinde redierunt Lugdunum ad predictum eorum hospitem, et expost arripuerunt viam apud Bressam, et ad sanctum Glaudium. Et in sancto Glaudio, et in quibusdam montibus citra et ultra, ubi sunt plures de eorum secta, cuilibet predicavit, et eos de confessione audivit. Et exinde recesserunt et iverunt Gebenas et Viriatum, et a Viriato ad locum Aquae Bellae, de Aqua Bella ad Cameram. Et ibidem prope Cameram aliquos pauperes ~~con~~reperierunt de eorum secta. Deinde venerunt ad montem de Walone, Mevarchiam, et Bardonechiam, et de Bardonechia ad locum Oulcij, et inde Juneirellori, et Salicis Oulcij, usque prope collem Costae planae, transeuntes apud pratum Galatum, In quo monte fuerunt capti ducti et reducti et reversi ad villam Oulcij per Officiarios Dalphinales Oulcij, ut apparet in processu super hoc facto.

No. prope villam Belli Jori, et villae Francha, ubi dicunt esse multi Walden.

No: de hospicio fornerii Lugd: et etiam in montibus circa sanctum Glaudium.

Et prope cameram in Sabaudia

Interrogatus si sciebat quod in valle prati Gallati erant aliqui de eorum secta, Dixit quod sic, voce et fama referentibus, et quod si dicti de prato Gelato voluissent confiteri eis, audivissent eos, — et quod illa de causa transibant per dictum locum, animo exercendi — eorundem officium, et ad consolandum dictos Waldenses ibidem commorantes.

De prato Galato in Dalphinatu, dioc. Taurinen.

Interrogatus quando audiunt aliquos de confessione, quomodo — consueverunt ipsos absolvere. Dixit et respondit quod non — faciunt more Sacerdotum, sed dicunt eis quod teneant eorum sectam firmam: Et insuper injungunt eisdem, quod dicant aliquibus

Confessio

vicibus

viribus Pater noster pro penitentia, non autem Ave Maria, neque injungunt peregrinationes, ita tu elemosynas et amore dei.

Interrogatus si inter ipsos Barbas de ista secta fecerunt deliberationem de se reperiendo in aliquo loco, dixit quod duo alij, videlicet Johannes de Cristophoro et Liberatus de Loqueto se debebant reperire cum ipsis duobus, videlicet ipso loquente et ejus socio, in loco de Cortona in Lombardia.

Interrogatus ubi habuit colloquium cum ipsis duobus proxime nominatis Johanne Christoforo et Liberato de Loqueto, dixit quod ipsi una cum cum ipso Petro ejus socio ibidem detemptis.

Interrogatus quando audit aliquos de confessione de ipsa secta, de quibus peccatis ut plurimum confitentur, dixit quod quando

Figmentum cohitat filius cum matre, et pater cum filia, et cum commatre et compatre, extra tamen Synagogam; et quod multi confitentur perseverare in dictis peccatis, et cohabitare cum ipsis.

Dicens ulterius, quod confitentur de septem peccatis mortalibus, et non de alijs peccatis.

~~1492~~

~~9 Augusti~~ ~~Anno domini Millesimo~~

~~1492~~.

1492. Petrus de Jacobo de Castro de Albano, diocesis Spoletanae, sunt xxiiij^or^ anni, quibus est de secta Waldensium, et sunt 14 anni quibus est effectus Barba, et fuit effectus Barba in Castro Morle de domino, prope de terra de Morsso. Johannes Anthonius fecit eum Barbam, qui est eorum magnus magister, et de Cambro, et fit magnus Magister per electionem Barbarum in monte de Aquila, in castro de Sitaville, offerendo eidem munera per Barbas, cum nuptijs et triumpho magno, promittendo Barbis servare sectam eorum, et discurrunt per mundum predicando eorum sectam, et confessiones audiunt, et vocantur Charretani, alias fres de grossa opinione, vel Barlioti, Adulatores, fraudatores et deceptores populi, in eorum Jargono dicuntur Barthoti, Charlli, ffelssi; In ffrancia pauperes de Lugduno, in Italia pauperes mundi, Charietani, in eorum Jargono Labie equus in Charretano, ffelisi vulgo dicti Curraci. Barthoti sunt illi de grossa opinione.

1492 ... 9. Augusti.

Anno domini Millesimo cccc.mo nonagesimo —
secundo, die nona mensis Augusti apud Vlcium,
Venerabilis dns Bartholomeus Pascalis; —
pidanciarius dicti Monasterij Vlcien, et —
vicarius Rev.mi dni Anthonij de Turellis,
vicarij generalis reverendissimi in xpo patris
et dni Johannis Michaelis commendatarij,
incliti monasterij Vlcien, coram existen
dnis Pontio Pontij dalphinali consiliario,
legum doctore, et spectabili dno Orontio
Emo, iuris utriusque doctore, iudice majori
et vicebailivo Brian, processit ad examinationem
Petri de Jacobo textor, de Castro Albani, de
dyo Spolitano, etatis quadraginta annorum —
vel circa, Barbe Walden, qui dixit et deposuit
ut sequitur.

Joanes
Petrus de Jacobo
Barba.

Et primo interrogatus a quo tempore incepit tenere dictam —
sectam Waldensium, dixit et deposuit, quod sunt circa viginti
quinque anni lapsi, quibus ipse incepit tenere legem seu sectam
Walden, et quod Julianus eius frater eum docuit dictam sectam.

Fratres Barloti.
Waldenses.
Fratres de opinione.

Interrogatus quomodo appellantur illi de dicta secta, dixit quod
vocantur fratres Barloti in eorum Gergono, et vulgariter
appellantur Waldenses, et in Italia inter se nominatur fratres
de opinione.

Dicens ulterius, quod sunt duodecim aut quatuordecim anni —
lapsi; quibus ipse loquens fuit effectus Barba, et Fran=
ciscus eius consors fuit factus Barba, sunt circa quinque
anni lapsi.

Interrogatus in quo loco fuit factus Barba, dixit quod in

Castro

Inquiratur si Nurcia in vulgari dicat.e Norsa.

Castro demeallo, in dominio Papae, et de terra Norre.

Interrogatus quis fecit ipsum Barbam, dixit q.d Johannes Anthonius magnus magister.

quomodo fit Magnus magister — Interrogatus quomodo fit magnus magister, dixit q.d per electionem eorum qui sunt Barbae, et eligitur in monte de Aquilla, in Castro de Citariello, et postea celebrantur nuptiae quia quilibet Barba sibi portat aliquod donum, et ipse magnus Magister promittit sub fide, de manutenendo et augmentando sectam dictam.

deum solum orant. — Interrogatus super articulis eorum sectae et fidei, dixit q.d solum credunt in solum deum patrem, de virgine, sed natus ex semine hominis, et in peccato originali. Et ideo virgo Maria et Sancti non sunt orandi, sed venerandi, et q.d Ave Maria non est oratio, sed salutatio, et dominum ratio

additam. — orandi, et non credunt q.d Jesus sit natus. dato ut supra de peccato carnis dixit ut precedens formaliter, Credite etc.

Interrogatus de modo tenendi Synagogam, dixit ut precedens,

Concubitu promiss. — excepto q.d ... testis dixit, q.d quilibet Barba accipit suam mulierem, ubicumque fiat Synagoga.

figmentum. — Interrogatus quare sit dicta Synagoga, dixit q.d processit ex eo, quia ipsi ex eorum lege consueverunt adorare quoddam ydolum vocatum Barum et Baron, et etiam Sibillam et ffadas. Et quia illi Baron et ffade consueverunt facere dictas congregationes, in quibus nullus habetur respectus de filia ad patrem, nec de comatre, prout tamen habetur extra dictam Synagogam. Et in dicta Synagoga de nocte, mortua candela, miscent se, et quilibet capit feminam qualem potest

Sup: dixit suam mulierem. — habere, absque eo q.d cognoscatur ipsa, et absque dicendo verbum donec facta ipsa Synagoga. Et si ibidem generetur filius, est

idoneer

idoneor et aptior ad exercendum officium Barbe, et tali ut
credens eius socius.

Festa. — Quod festis servant dominicam, quia a Deo precipitur, alia vero
festa non sunt nisi festicula, et non colunt nisi timore Justitie,
et non sunt servande vigilie nec peregrinationes.

Imagines, Ad et idola adorare dixit, stulte. — Dicens ulterius, quod tantum valet orare in stabulo quantum in templo.
Et quod imagines que sunt in Ecclesijs non sunt orande, neque fides eis
adhibenda, et quod sunt alique Ecclesie in regno Apulie, que sunt
solo albe, et non sunt depicte, et in illis presbyteri tenent legem
et sectam ipsorum.

Quomodo fiant Barbe. — Interrogatus quomodo fiunt Barbe, dixit, quod antequam exerceant
artem, vadunt per mundum cum alijs Barbis doctis, et postmodum
coram eorum magno magistro; qui, habita conferentia cum
alijs Barbis, et quando reperit ipsos habiles, dat eis potestatem
confitendi, predicandi et absolvendi; et data licentia dicti ma=
-gistratus, magister primo bibit, et deinde dat facto —
Barbe; et inde consequenter alij Barbe bibunt, et —
faciunt solatium simul bibendo et comedendo, et mutatur —
ibidem nomen. Nam ipse vocabatur prius Johannes, et —
nunc vocatur Petrus.

De aqua benedicta dixit, quod omnes aque sunt benedicte a Deo,
et quod quia presbyteri sunt mali, non valet aliqua aqua bene=
-dicta facta per ipsos, nec alia sacramenta.

De corpore Christi dixit etiam, quod quia presbyteri sunt mali,
non conficiunt corpus Christi, sed tantum valet panis bene=
-dictus factus per ipsos; quia tantum, quantum quis habet bonitatis
et sanctitatis, tantum habet et potestatis.

De Baptismo dixit, quod quando filius est baptisatus per —
sacerdotem, et dum sunt in domo, lavatur sibi frontem
ad removendum caracterem baptismi; et deinde

vadunt

radunt sibi modicum caput, in signum separationis dicti baptismi.

Interrogatus quot sunt anni, quibus conversatus est in istis partibus Dalphinatus, et partibus Franciæ, dixit quod sunt decem anni, confitendo et exercendo officium Barbæ, omni anno et continue.

Interrogatus in quibus vallibus in istis partibus conversatus fuit, dixit quod in valle Lucerno, Pragenolli, Prati

No: de valle de Argenteria et Fraxineria

Salati, Sancti Martini, Vallis Pute, Argenteriæ, et Fraxineriæ. In quibus prædicavit, et audivit multos de dicta secta de confessione, et dant eis pœnitentiam dicendi Pater noster duntaxat. Injungendo eisdem, quod teneant secretam ipsam sectam, nec confiteantur eorum Sacerdotibus; et si eis confiteantur, tantum faciant confessionem fictam et simulatam, nec recipiant corpus Christi nisi ficte et simulate.

De peccato luxuriæ dixit Imprimis, prout supra dixit, quod eundo per mundum, et prædicando de nocte, faciunt congregationes et Synagogas. In quibus imprimis fit

Conrubit ficta.

prædicatio per ipsos Barbas, et facta prædicatione et extincta candela, de precepto ipsius Barbæ, se invicem miscent, currendo circum circa inter eos; et postmodum facta mixtura in tantum quod se non cognoscunt, et unus alterum non cognoscat, quilibet capit suam mulierem, quæ primo venit sibi ad manus, absque loquendo unus alteri verbum, donec completo opere carnis: Et postea recedunt, nec respiciunt in dicta Synagoga matrem nec filiam, neque fratrem vel sororem, nec etiam commatrem.

Extra vero dictam Synagogam faciunt conscientiam, et se abstinent a matre, filia et compatre et commatre tantum, quæ quidem Synagoga fit semel in anno.

Dicens ulterius, quod habent Cardinalem inter ipsos, quod unus

subvenit

subeunt alteri, ex quo mulieres non audent eisdem
negare; et dum dicti Barbe predicant, et sunt in partibus
jam dictis, dum volunt habere mulieres, eligunt sibi quas
volunt, dum tamen sit maritata, quibus non contradicitur.
Et dum aliquis Barba cognoscit carnaliter mulieres dictorum
Valdensium de secta predicta predicta, illud reputatur et habent
in maximum honorem.

quasi vero

Item ulterius dixit, quod de anno citati et de mense Marcii,
dictus loquens cum Barba ejus socio appellato Martino, dis=
cesserunt ab eorum domo, causa veniendi ad loca supradicta,
et predicandi ac confitendi in eisdem, ut supra; sed dictus
Barba ejus socius remansit infirmus in patria Italie, ex quo
ipse loquens venit solus, et iter suum fecit per locum —
Ripario, Sanno, et inde ad Viciam, et Sperinciam, et
venit ad patriam et montem de Pinarosio, et expost versus
Alvergnia, Clarum Montem, Ysedor Billonum et Briddum,
et inde ad urbam Juanam de Podio, et tandem venit ad locum
Belli Joci; in quo loco ipse predicavit, et fecerunt synagogam.
Et de loco Belli Joci venit Lugdunum, in quo ex ingressia
facta inter ipsum loquentem et ceteros alios Barbas, se debebant
reperire, prout et fecerunt die ultima mensis Maii proxime —
lapsi, videlicet retro et juxta Sanctum Nicesium, in diversorio
signi cervicum, in quo reperit sextem Barbas, videlicet Franciscum
de Girundono ejus socium, qui naturaliter cum eodem detinet,
Jacobum de Lauro loci de Cambro; Sebastianum de Joho
de Cambro, Andream Janani de Albiano, Bernar=
dum de Cypriano de Albiano, Paschalem de Pirho, —
Desmias de loco de Candori, qui omnes sunt de patria
Spoleti. Quilibet ad invicem congregatus habuerunt con=

ferenciam

[Margin notes:]
quomodo hic Barba [et] socio suo discesserunt [ab] eorum domibus, causa [predic]andi loca vallis Lu-ne, Sprati falati, [Val]lis Pute, Argentarie [Val]frasinerie.

de monte de — Pinarosio:

predicatione Valdensium in Bello Joco.

de diversorio [signi] Lugduni.

ferentiam de gestis et gerendis, et quilibet ipsorum loca unde veniebant, et quo ibant, et loquens ipse ibidem cum socio suo recepit dictum ffranciscum de Girandino, eius socium detentum,

Chamberiaci — dicens tamen, quod ante ipse fuerat in villa Chamberiaci solus, in qua invenit, videlicet, in hospitio clamu, qui hospes vocatur Johes Albi, duos Barbas de tali patria, videlicet Johem de prosoro de Aliano, Liberato de Tomasso de Aliano.

dicens ulterius, quod in aliquibus locorum supra declaratorum dicta secta pullulat, et quos consolavit, et dictam heresim docuit.

dicens ulterius, quod de anno proxime preterito etiam ipse fuit in civitate Vapinci, Salsse, et loco de Cafardo, ac in provincia, in quibus locis multos reperit Valdenses, locorum ffraxinoria, Argentoria et vallis pute, qui fuerant banniti a patria delphinatus, cum quibus conversatus est predicando, et ipsos consolando, et quos reperit esse bone voluntatis, tenendi eorum dictam sectam, et quod sperant habere graciam a domino nostro rege dalphino, et redire ad eorum domos et bona, et tenere semper dictam eorum sectam.

No: de Valdensibus Argenterie ffraxinerie et vallis Lorsie, sperantibus redire ad patriam, tamen sunt voluntatis in eorum erroribus perseverandi.

Deinde dictus loquens, arrestato dicto ffrancisco Barba eius socio, in supradicta civitate Lugduni, venerunt et iter suum arripuerunt apud Brossiam, sanctum Glaudium, videlicet Consllans, Aquam Bellam; et de Aqua Bella arripuerunt iter ad sanctum Johannem. De sancto Johanne arripuerunt iter ad montem de Valerio, et transierunt per Valorium Novarhiam, Bardonecchia, per Sanellos Solris, animo et intentione transeundi per locum prati fallati, sancti Martini, et Lucerne, ad confitendum et consolandum Valden, qui ibidem in dictis locis sunt, et quos, sunt circa tres aut quatuor anni, consolavit, et eorum confessiones audivit, et omnes de valle prati fallati predicti invenit in

No: de prato falato Lucerna et vicinis haereticis

bona

bona delibera^no^ et voluntate tenendi dictam sectam Valdensium, et meliori voluntate quam unquam fuerunt et continue et eisdem predicavit.

Dicens pariter, quod intendebat ascendere ad loca Frayssinerie, Vallis Pute et Argenterie, ad pariter consolandum ipsos et confitendum illos de dicta secta, sed causam detentione presenti, in qua presentialiter detinetur, premissa adimplere non potuit, ex eo quia fuerunt capti per Officiarios Dalphinales Volrij, in monte Saliris Volrij, prope collem Coste plane.

No. de Frayssineria, valle Puta et Argenteria.


Interrogatus, quando audiunt aliques de confessione, quomodo consueverunt ipsos absolvere, dixit quod non dant absolutionem ad modum Sacerdotum, sed injungunt eis quod teneant dictam sectam eorum, et fidem firmam in eorum secta, et injungunt sibi pro penitentia, quod dicant pater noster, ut supra dixit, non autem Ave Maria.

Purgatorium

De Purgatorio interrogatus, dixit quod nullum est Purgatorium, sed quando quis moritur, damnatur vel salvatur.

Extracta fuit huiusmodi copia e propria originali, et concordat.

N. Paris



Inquisitionalis processus factus et formatus coram egregiis et circumspectis viris dominis Anthonio ffabri decretorum doctore, Canonico Ebredunensis hereticeque pravitatis in toto dalphinatu et comitatibus Viennensis, Valentinensis et diensis generali Inquisitore, a sancta sede Apostolica specialiter et immediate deputato. Et Cristofforo de Salliento etiam decretorum doctore Canonico vicario et Officiali Valencie.

Ad instantiam et prosecutionem honorandi viri dni Vallotrini de Rozorus, jurium professoris procuratorisque fiscalis Valencie, et in hac parte promotoris in favorem sanctae fidei Catholicae, ejusque officii Inquisitionis deputati.

Contra et adversus Peyronetam relictam Petri Berandi, alias ffornerii loci belli respectus Vapen diocesis, aetatis suae quinquaginta annorum vel circa, de detestandissimo haeresi Valdensium seu pauperum de Lugduno, quae in hiis partibus vulgo nuncupatur Chag mardorum, sect~~am~~ inculpat~~am~~ et diffamat~~am~~.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ex serie atque tenore huiusmodi veri publici Inquisitionalis, omnibus et singulis Christi fidelibus, tam presentibus quam inde futuris, luculenter innotescatur et in perpetuam redigatur memoriam.

1494. Quod Anno nativitatis dni millesimo quatercentesimo nonagesimo

quarto

quarto, et die Mercurii, quae fuit et intitulata extitit vicesima nona mensis Januarii, apud locum Valli despertus et in domo probi viri ~~C~~ Claudii Sur hospitis ipsius loci, et in quadam camera nova ipsius domus, Coramque egregio et circumspecto viro dno Anthonio ffabri decretorum doctore Canonico Ebredunen. Inquisitore, sancta fidei Catholicae aucte aplica deputato, cum assistencia mei Vincentii Gobandi notarii, et in hac parte conscribe. De cujus quidem dni Inquisitoris potestate constat tris aplicis in forma brevis inferius suis loco et ordine insertis.

Comparuit ibidem predicta Peyroneta relicta Petri Berrandi alias ffornerii, Valli respertus, Ebredun. diocesis, quae de mandato et aucte ejusdem domini Inquisitoris, precedentibus debitis informationibus contra, eam ad causam haeresis pauperum de Lugduno sive Valdensium, quae in hiis ptibus vulgo nuncupatur Chagnardorum, secta quae inculpata et diffamata existit, sumptis atque receptis sacrisque monitionibus generalibus, contra quoscumque dicta labe infectos, in parochia dicti loci executis, personaliter citata venit ad respondend. de fide catholica, necnon de hiis quibus est inculpata ad causam haeresis predicta. Et ibidem per memoratum dominum Inquisitorem, suo medio juramento ad sancta Dei Evangelia prestito, et ad penam periurii et criminis sibi impositi habendi pro integraliter confessato, ac excommunicationis, et viginti quinque ducatorum auri, de veritate dicenda super hiis, quibus interrogabitur examinata et interrogata. Quae quidem Peyroneta predicta, volens (ut dixit)

mandatis

mandatis et preceptis justitiæ obtemperare atque parere, parata se obtulit omnem, quam super hijs quibus interrogabitur sciverit, veritatem dicere et deponere. Et licet sit fœmina simplex et ignara, ac ingenio grossa, tamen dixit vixisse toto tempore vitæ suæ sed instar et modum fidelium christianorum, et sanctæ Romanæ Ecclesiæ traditionem, adeo quod non credidit unquam a vera fide catholica deviasse nec aberrasse, nec per ea quæque dixit deviare seu aberrare intendit, de quo fuit solempniter protestata

Et prelibatus dominus Inquisitor, non obstantibus excusationibus supra per dictam Peyronetam deductis et allegatis, ex sui officij incumbentia, etiam propter notoriam diffamationem dictæ Peyronetæ, prout latius ex tenore dictarum secretarum informationum colligitur, ideo ipsam duxit examinandam et interrogandam per modum infra scriptum.

Et primo fuit prenominata Peyroneta in hac parte delata per prelibatum dominum Inquisitorem. Interrogata et examinata qua de causa seu ad quid venit dicta Peyroneta coram eodem domino Inquisitore, dixit et respondit quod ex eo quia fuit citata, et adiornata personaliter coram eodem domino Inquisitore comparitura, pro respondendo de fide catholica, aut se excusando super inquisitione hæresis sectæ Waldensium seu alias Chagnardorum nuncupatæ, contra eam ut asseritur formata.

Interrogata quid est dicta hæresis sive secta Waldensium sive Chagnardorum, dixit et respondit nescire, neque scire velle quod sit

In

Interrogata an ullo unquam tempore viderit seu cognoverit nonnullos dicte heresis sive secte magistros seu predicatores, qui discurrere solent per rura et loca campestria, omnino de domo ad domum faciendo predicationes clandestinas. Dixit et respondit quod non, nec scit quod dicantur dicti predicatores.

Interrogata an ullo unquam tempore audiverit aliquas predicationes sive documenta ab aliquibus hominibus secrete predicantibus, presertim horis nocturnis. Dixit et respondit quod non.

Interrogata si sciat se esse de secta que vulgo nuncupatur Chagnardorum diffamatam et inculpatam, dixit et respondit quod non, nec posse super hoc prout credit inculpari seu diffamari legitimo titulo aut ratione aliqua.

Interrogata an unquam fuerit requisita aut instigata per quospiam de tenendo sectam ipsam aut aliam quamcunque. Dixit et respondit quod non.

Interrogata an sciat aliquos de loco predicto Belli respectus fore et esse de secta predicta Chagnardorum, dixit et respondit quod non.

Interrogata an ipsa Perroneta sit de secta predicta Chagnardorum, aut alio unquam ipsam sectam tenuerit, sive in ea structa fuerit. Dixit et respondit quod non est nec unquam fuit de secta ipsa, nec esse nec fuisse vult.

Interrogata an velit stare depositionibus testium fide dignorum ubi dicant eam esse de dicta secta. Dixit et respondit quod ita, dum tamen non sint sibi suspecti aut inimici.

Interrogata an habeat aliquos inimicos de quibus dubitare

posset

posset aliquid contra eam dicere velle contra veritatem, dixit et respondit se nescire.

Amplius non fuit interrogata nec examinata, sed audita ipsius Peyronete responsione per praedictum dominum Inquisitorem. quia secundum mentem et tenorem informationum contra eandem ad causam haeresis praedicta sumptarum, eidem domino Inquisitori visum fuit, ipsam Peyronetam minus sufficienter super premissis respondisse, veritatemque nullatenus dixisse. Ideo volens latius cum ea inquirere, ordinavit ipsam duci apud carceres Episcopales Valentiae, et ibidem tute custodiri et detineri, donec sufficientius de hijs quibus ex tenore dictarum Informationum reperietur culpabilis, responderit.

Demum vero anno quo supra et die Veneris, quae fuit et intitulata extitit ultima mensis Januarij, apud Valen et palatio Episcopali eiusdem videlicet in camera residentie praelibati dni Inquisitoris, ac coram eodem existens et personaliter constituta praenominata Peyroneta, mandato eiusdem dni Inquisitoris infra carceres Episcopales detenta. — Quae (ut dixit) attendens et considerans exhortationes sibi novissime factas, de dicendo veritatem super interrogatorijs tangentibus sectam praedictam, promittendo sibi gratiam et misericordiam si id faceret. Ideo meliori et salubriori uti volens consilio, non obstantibus periurijs et alijs variationibus per eam superius in respondendo commissis, confidendo ad plenum de benignitate ipsius dni Inquisitoris, paratam se obtulit omnem veritatem,

quam

quam super meritis ipsius secte sciverit dicere et sponte confiteri, ac suam exonerare conscientiam. Rogando sibi indulgeri et parceri ratione periurii et de vacillationibus predictis, et inde suam depositionem sive confessionem benigniter admitti, erroresque suos, si quos habeat, charitative et gratiose corrigi, submittendo se misericordiae et ordinationi sanctae matris Ecclesiae.

Et prelibatus dominus Inquisitor, recepto ab ipsa Perronota corporali iuramento, de veritate dicenda prestito, impositaque sibi pena periurii et rigorosae sibi fiendae iustitiae casu quo quicquam de ipsa veritate maliciose occultaverit, ad ipsius examen processit, in hunc qui sequitur modum infrascriptum.

a 25. annis.

Inprimis enim dixit et sponte confessa est, quod dudum sunt viginti quinque anni elapsi vel circa, quibus venerunt ad domum quondam Petri Fornery sui mariti duo homines extranei, induti vestibus grisei coloris, qui, ut sibi visum fuit, loquebantur lingua Italica sive Lumbardiae. Quos predictus eius maritus receperat in dicta sua domo, amore Dei. Tandem ipsis ibidem existentibus, hora nocturna post cenam,

nota substancia predicationum.

unus ipsorum legere cepit unum parvum librum, quem secum deferebat, dicendo in eodem descripta fuisse Evangelia, et precepta legis, quae ibidem dicebat se explicare et declarare velle, in presentia omnium ibidem circumstantium; quia dicebat se fore missum ex parte Dei, ad reformandum fidem catholicam, eundo per mundum ad instar Apostolorum pro predicando bonis et simplicibus gentibus, de modo et forma serviendi Deo et vivendi secundum eius mandata.

Et inter

Et inter caetera dicebant, quod nemo alteri facere debet id, quod sibi fieri nollet.

Deus adorandus. — Item q^d solus Deus erat colendus, adorandus et deprecandus, quia ipse solus est qui nos potest juvare.

de non jurando. — Item q^d jurare pro quavis occasione vel causa Deum, pro vero vel mendacio, aut aliud quodcunque facere juramentum, ubi poneretur ista loquutio (per) erat magnum peccatum.

Ergo falsum q^d de promiscuo concubitu alijs imponunt. — Item q^d Sacramentum matrimonij debebat fideliter et firmiter custodiri

Item q^d bona opera quae fiunt ante mortem hominis plus prosunt, quam ea quae fiunt post mortem.

Sancti. — Item q^d sancti nec sanctae non erant ~~colendi~~ deprecandi in nostrum auxilium, quia non poterant nos in aliquo juvare, nisi solus Deus.

de festis aliquibus non colendis. — Item q^d dies dominicales super omnia alia festa debebant solenniter coli, alia vero festa dicebant fuisse per Ecclesiam inventa, quae non erant de necessitate colenda, imo poterit aliquid operari in ~~omnibus~~ eisdem, exceptis festivitatibus Apostolorum, et alijs majoribus quas non exprimebant.

de mala vita Sacerdotum. — Item q^d viri Ecclesiastici nimias habebant et possidebant divitias, atque bona ultra quam oportebat, ob quod multa mala faciebant, quorum aliqui causantibus eorum superfluitatibus et bonorum abundantijs, erant faeneratores, usurarij, superbi et avaritia pleni, alij vero nimis lubriciter et inhoneste vivebant, tenendo meretrices in domibus suis palam et publice. sic malum exemplum ostendendo in populo.

Nota ut deprehendant mendacium de promiscuo concubitu.

Item

de potate Sacerdotu.

Item qd dicti Sacerdotes eorum, causante mala vita, non habebant majorem potestatem majorem absolvendi quam habebant ipsi predicatores sive hujus secte magistri; imo ipsi magistri sive predicatores, licet essent Laici, habebant tantam potestatem, quantam ipsi Sacerdotes.

de non potate pape.

Item qd summus Pontifex, ex quo non observabat sanctitatem quam debebat observare, non habebat aliquam potestatem. — dicendo de eodem in hec verba, Autant vroys et autant malvays es lo papa romo neguyun autre, et per so non s'ages de puissance.

Item qd in alio mundo nullum erat purgatorium, dicendo qd quando quis moritur, ejus anima tendit ad paradisum illico et incontinenter, dummodo bene et juste vixerit, si vero male ad infernum.

vanum orare pro mortuis.

Item et subsequenter qd frustra fiebant deprecationes, Cantaria et alia suffragia pro animabus defunctorum, nihilque valebat id qd faciebant Sacerdotes, eundo per Cimiterium, aspergendo aquam benedictam super sepulturas mortuorum, dicendo Kyrie leyson pro leyson etc.

de aqua bndicta.

Item qd deus in initio mundi omnes aquas benedixerat, et omnia alia quae fecerat, propter qd non erat necesse iterato aquam benedicere per Sacerdotes, quae etiam nihil plus valebat quam alia aqua.

Item qd prenominati Sacerdotes ex semetipsis invenerant seu repererant, qd in alio mundo erat purgatorium, ad effectum ut faciendo Cantaria et deprecationes pro defunctis, majora sibi acquirant bona, ex quibus eorum malam vitam sustinerent

Item qd

potius dand pau- / peribq, qm in Ecclia / offerend.

Item qd melius et magis meritorium erat dare eleemosynam alicui pauperi infirmo aut leproso, quam offerre in Ecclia Sacerdotibus pdictis, qui erant nimis abundantes bonis.

Item et qd ita bonum et utile erat orare Deum in domo aut alibi, sicut in Ecclia, quia Deus ubiqz est.

de Sanctis

Item qd sancti nec Sanctæ, quamvis ppter eorum benemerita essent in paradiso collocati, non habebant potestatem nos in aliquo juvandi, et ideo non debebant deprecari in nostrum auxilium.

Item qd in vanum erat recurrere ad imagines sanctoru et sanctarum, orando coram ipsis, quia nullam habebant virtutem, cum non essent nisi res materiales et picturæ facta in parietibus.

de romipetagijs.

Item ppterea nihil prodesse poterat facere peregrinationes et romipetagia, ad orand coram imaginibus sanctorum et sanctarum, cum nihil possint in nostrum auxilium, ut pdictum est.

de jejunio.

Item qd non erat necesse jejunare aliquas alias vigilias, quam festivitatum Paschæ, Pentecostes, Nativitatis et aliarum magnarum festivitatum dominicalium, et potissime diebus veneris erat etiam jejunand.

unde pcesserunt / ipsi hæretici

Item qd ipsi pdicatores sive magistri huius sectæ, et Sacerdotes seu viri Ecclici olim solebant esse unius et ejusdem legis et ordinis. Sed cum, ipsi viri Ecclici voluerint insequi avaritiam et vanitates huius mundi, et ipsi pdicatores in pristina paupertate manere voluerunt, ideo fuit facta inter eos divisio, et effecti fuerunt inimici; adeo qd

cum

rum numerus ipsorum predicatorum et aliorum hominum
justorum huiusmodi sectam tenentium adhuc esset parvus atque
rarus, ideo eis erat necesse incedere occulte, sicut facie
-bant Christus et eius Apostoli, quia nisi ipsi predicatores
ambularent caute et secrete, dubitabant ab aliis offendi et
male tractari.

Interrogata de nominibus ipsorum hominum sive predicatorum
talia predicantium, dixit et respondit nescivisse eorum nomina.

Interrogata an propter ea que dicebant non esse orandum
pro defunctis distulerit et obmiserit portare oblationes, seu
offerre in ecclesia pro ipsis defunctis, dixit et respondit quod
nota quod omisit facere oblationes. multotiens fecit oblationes in ecclesia, quas non fecisset, nisi
dubitasset quod aliqui male presumpsissent de ea, et quod sibi impro=
peraretur quod esset chagaarda.

Interrogata quis dedit sibi noticiam dictorum predicatorum
sive magistrorum, seu alio quomodo introducta fuit ad conver
sandum cum eis, dixit et deposuit, verum esse quod olim -
ipsa loquente existente cum Telmono Paschalis quondam dicti
loci Belli respectus, quadam die de qua non recolit, et
ipsis ad invicem de multis rebus conferentibus, descenderunt
in propositum de modo vivendi secundum mandatum dei. Et
inter cetera alia verba inter eos tunc habita, prenominatus
quomodo vocata sit, [illegible] verba Telmonus Pascalis dixit sibi loquenti hec verba vel eis similia,
vz, al vos vous james aubi parlar dung plen punt de -
mond que si non era. tout lo monde faria a fin. Que quidem
loquens sibi respondit, quod ita, vz, cuidam domino Andree
de loco Pisencani [?] Capellano olim vicario ipsius -
loci belli respectus, qui quadam die cum psalmarium [?] predicando
in ipso

in ipso loco belli respondens dicebat similia verba, videlicet: les buy plen
punys de gent que soffen tot lo mond. et si aquella gent era
tot lo monde saria a fin. Quo tunc prenominatus Colmonus
Pascalis replicavit in hec verba, Et daquelles gens vos parle
ren. dicendo sibi, quod si contingeret ipsas gentes venire
ad eius domum, quod audacter loqueretur cum eis, et
eorum documenta auscultaret, quoniam melius exinde se haberet.
Tamen dixit quod dictus Colmonus dubitabat ipsam, ne clarai
premissa panderet seu detegeret, ut moris est mulierum superfluo
loqui, ideo sibi fecit fieri iuramentum super literis, de non
dicendo aut manifestando alicui quidquam de premissis, prout et
ipsa loquens fecit. Et ex post ipsa loquens fuit inclinata
et afferta videre dictas gentes prout fecit, ut supra.

Interrogata si viderit dictos magistros sive predicatores, de
quibus superius, ultra vicem preditam. Dixit et respondit
quod a supradicto tempore, viginti quinque annorum citra, vidit
diversis vicibus, de quarum numero dixit se non posse bene
recordari, tamen estimatione sua credit eos vidisse in
universo novem aut decem vicibus, inclusa prima vice supius
declarata.

vidit eos novem aut decem vicibus.

Interrogata an qualibet vice qua eos vidit audiverit similia
documenta, modo et forma quibus supius declaravit. Dixit
et respondit quod ita.

Item de dictis novem vel decem vicibus, quibus dictos magistros
predicatores vidit et audivit, dixit ipsa loquens, quod fuit
aliquoties in domo prenominati Colmoni Pascalis et Guillelmi
Pascalis, ubi ipsi predicatores fuerunt et fecerunt eorum —

predicationes

predicationes modo premisso, presentibus omnibus illis de eadem domo, vz. dicto Colmono et Guillermo Pascalis, de nominibus autem aliorum presentium dixit se non recordari.
Item similiter dixit eos vidisse in domo Petri Garnerij ejusdem loci certis vicibus, de quibus nec de tempore non potest recordari, ubi etiam fuerunt factae predicationes predictae, presentibus eodem Petro Garnerij, et alijs de eadem domo, quorum nomina ignorat.
Interrogata si aliqui alij circumvicinij interfuerunt in predictis predicationibus factis in domibus eorundem Paschalorum et Petri Garnerij, dixit quod non, quantum sibi potest recordari.
Interrogata an sciat quantis vicibus dicti predicatores fuerunt in domo sua, sive sui quondam mariti, dixit et respondit juxta estimationem suam quod fuerunt in dicta ejus domo quatuor aut quinque vicibus, et ibidem predicationes assuetas fecerunt.
Interrogata qui sunt illi qui erant presentes et audientes in dictis predicationibus factis in domo predicta, dixit et respondit quod Petrus Berandi alias Fornerij ejusdem quondam maritus, dum vivebat, necnon aliquoties ibidem veniebant Johannes Brodonje, et aliquando Colmonus Pascalis quondam, et Guillermus Pascalis, ac Petrus Garnerij, seu eorum alter alterius vicib[us], et aliquoties duo vel tres eorum simul.
Interrogata si unquam confessa fuerit peccata sua alicui ex dictis predicatoribus sive magistris, dixit et respondit quod singulis vicibus, quibus ipsi predicatores fuerunt in domo sui

qui erant presentes

quondam

Confessio. singulis vicibus confessa est peccata sua et sic 4or aut 5e vicibus

quondam mariti, ipsa confessa est peccata sua alteri ex eis, genibus flexis, ac si fuisset coram suo proprio Sacerdote, et inde facta confessione ipsam absolvebat, manum ad caput imponendo more Sacerdotum.

Interrogata quam penitentiam sibi imponebant predicti predicatores sive magistri pro peccatis confessatis, dixit et respondit quod diceret frequenter pater noster, et hoc tantum quantum posset, et quod ieiunaret aliquibus diebus Veneris, et faceret aliquas eleemosynas secundum suam facultatem.

Interrogata quot vicibus confessa est dictis predicatoribus, dixit quod tantis vicibus quantis fuerunt in dicta eorum domo, videlicet quatuor aut quinque vicibus, prout supra dictum est.

Non confessa est de premissis curato suo.

Interrogata an confessa fuerit capellano suo vidisse et cognovisse predictos magistros sive predicatores, eorumque predicationes audivisse. Dixit et respondit quod non, quia non credebat male agere.

credidit et fidem dedit.

Interrogata si crediderit vel aliter dederit fidem supradictis predicatoribus sive magistris, et eorum documentis et doctrinae, dixit et sponte confessa est, quod tanquam mulier insipiens et innocens ac facilis ad decipiendum, credidit et dedit fidem eisdem predicatoribus, et eorum doctrinis sive documentis, credendo bene et salubriter agere, nec putabat propterea errare in aliquo. Veruntamen ubi videatur aut cognoscatur ipsam in aliquo aberrasse, se submisit benigne correctioni sanctae matris Ecclesiae, et eorundem Dominorum, Inquisitorum et Officialis, petendo de omnibus in quibus potuit hactenus in premissis errare

veniam

veniam et misericordiam sibi impartiri.

Memoratus enim dominus Inquisitor, audita confessione predictae Peyronetae, volens super eadem deliberare, necnon cum eadem latius inquirere super premissis, terminum statuit et assignavit eidem Peyronetae ad latius deponendum et declarandum super premissis, et alias audiendum deliberationem ejusdem domini Inquisitoris, hinc ad diem crastinam circa horam meridiei; et interim ordinavit eam stare sub predicta carcerum custodia.

Crastina autem die supra novissime per prelibatum dominum Inquisitorem pro termino in causa huiusmodi assignata, quae fuit intitulata Sabbathi prima mensis ffebruarij, in camera superius mentionata, et coram prememorato domino Inquisitore venit et comparuit supranominata Peyroneta, ibidem per carcerarium Episcopalem, de mandato prefati domini Inquisitoris, ad actum huiusmodi a carceribus ipsis educta; petens et humiliter requirens, se a dictis carceribus relaxari, paratam se offerendo facere quae debebit, necnon latius respondere super omnibus quibus interrogabitur. Et dominus Inquisitor prefatus, visa ipsius loquentis superius facta confessione, ad majorem veritatis corroborantiam duxit, eandem super eadem et omnibus in ea contentis examinandam et repetendam, vigore juramenti per eam supra prestiti, ac sub pena qua supra. Quae quidem Peyroneta delata, audito tenore jam dictae suae confessionis, sibi per me Notarium infrascriptum, de verbo ad verbum in vulgari sermone recitatis et declaratis, ac per eam ut dixit integraliter intellectis, dixit, deposuit, et sponte confessa est, ea omnia et singula in jam dicta ipsius depositione et confessione

reddendo

reddendo singula singulis, contenta et descripta fore et esse
vera, et veritati consona, eisdemque tanquam recte et legitime
dictis et confessatis persistit, pro quibus omnibus et singulis
se submisit misericordie sancte matris Ecclesie, et jam dictorum
dominorum Inquisitoris et Officialis, petendo et requirendo
se a carceribus, quibus pro premissis detinetur, relaxari.
Et preterea addendo predicte sue confessioni, dixit, audivisse
a supradictis predicatoribus sive magistris predicantibus, quod Sacer=
dotes recipientes pecunias pro missis celebrandis, comparabantur
Jude qui vendidit Christum propter pecuniam, et illi qui dabant
ipsas pecunias dictis sacerdotibus occasione ipsarum missarum,
comparabantur Judeis, qui Christum emerant pecuniis.

pecunia pro missis

quod accipientes pecunias pro missa

Item addendo dixit et confessa est, quod predicti predicatores
dum recedebant a domo sua, aliquotiens dabant sibi certam
quantitatem acuum, sive agulhes. et ejus quondam maritus
dum vivebat, dabat eis pecunias pro pena ipsorum.

Interrogata quantum dabat eis dictus ejus quondam maritus pro
dicta eorum pena, dixit nescire, quia non vidit numerari.

Interrogata qui sunt illi de dicta ejus domo, qui dictos homines
sive predicatores viderunt, et audiverunt eorum predicationes.
dixit quod Francesia ejusdem loquentis filia, et Simon Arti
maritus ipsius Francesie.

Interrogata si fuerit unquam in loco de Barcillonia, ubi dictos
magistros predicatores audiverit predicantes. dixit et respondit
verum esse, et sibi recordari, quod olim sunt decem anni
elapsi, vel circa, quibus Petrus Fornerii ejus quondam vir,
ac ipsa loquens accesserunt apud dictum locum Barcillonie

ad

ad visitandum ffabrenses ipsius loci, quia erant et adhuc sunt
affines ejus; et visitando steterunt ibid. uno vel duobus diebus,
quo interim ipsa loquens, et predictus ejus maritus quondam, quadam
vespere iverunt de domo Johannis ffabri, ubi erant hospitati,
ad domum Moneti ffabri fratris ipsius Johannis, pro
eundem Monetum visitando. Tandem dum intrassent domum
ipsius Moneti, reperierunt ibid. duos ex predicatoribus sive
magistris predictis, qui ibid., ante dicto Moneto et ejus familia,
predicabant. Et videns dictus Monetus ipsam loquentem et
ejus virum ibid. ex inrogitato intrasse et advenisse, fuit valde
tristatus atque iratus de adventu ipsorum conjugum, ad causam
dictorum predicatorum ibid. secreto predicantium. Et videntes
ipsa loquens et dictus ejus quondam vir, eundem Monetum
esse ita iratum et male contentum propter adventum ipsorum,
post modicum temporis ab ipsa domo recesserunt.
Interrogata quid sibi dixerunt supradicti duo predicatores. Dixit
quod nihil.
Interrogata si propter adventum suum et sui viri dicti predicatores
desierunt predicare. Dixit quod non.
Interrogata si an ipsa et ejus vir tunc cognoverunt dictos
predicatores esse de consortio et conspiratione ipsorum, dixit
et respondit quod in verbis suis cognovit eos esse de illis.
Interrogata si unquam alias viderat dictos duos homines sive
predicatores in domo sua de Belli respectu. Dixit non posse
recordari.
Interrogata quid dicebant dicti predicatores in eorum predicationibus
dixit non posse bene recordari, quia parvum steterunt ibid., propter
turbationem predicti Moneti.

Interro=

Interrogata an dicti praedicatores eo tunc iverint ad domum
supradicti Johannis ffabri. Dixit quod non.
Amplius non fuit eo tunc interrogata. Tamen praelibatus Dominus
Inquisitor certis motus respectibus, etiam ut dictae mulieri
parcatur laboribus et expensis, recepto prius ab eadem jura=
=mento, per eam ad sancta Dei Evangelia praestito, de se repraesen=
tando totiens quotiens vocabitur, impositaque sibi poena haereticis
relapsis a jure indicta, casu quo comparere obmiserit, eandem
a carceribus praedictis, quibus ob causam huiusmodi detinebatur,
duxit et jussit relaxandam, usque ad primam deliberationem,
sive novum mandatum.

Sursum vero anno quo superius, et die dominica Ramispalmarum
computata, vicesima tertia mensis Martij, apud locum praedictum
Belli respectus, et coram nobisque Henrico Diloci Capellano et
Vincentio Gobaudi notarijs publicis, et causa huiusmodi scribis,
ac in hac parte commissis, per egregium et circumspectum
virum Dominum Christoforum de Sallento, decretorum doctorem,
vicariumque et officialem Valen., vivae vocis oraculo expresse
deputatis. Et ibidem infra domum Claustralem ipsius loci vocata
supradicta Peronseta, et ea in curia nostra personaliter
constituta, ipsam, iuxta nobis commissa, de et super omnibus
et singulis per eam pridem superius dictis et confessatis,
eis omnibus prius lectis, et in lingua vulgarica et laica
de verbo ad verbum recitatis et declaratis, duximus repe=
=tendam et reexaminandam. Quibus omnibus et singulis
per eam (ut dixit) ad plenum receptis. Eius medio jura=
=mento ad sancta Dei Evangelia praestito, impositaque sibi
poena qua supra, videlicet, quae de jure haereticis relapsis debetur,

de

de dicenda veritate dicta Peyroneta dixit et sponte confessa est, ea omnia et singula supra per eam dicta, deposita et confessata, fore et esse vera et veritati consona, prout et quemadmodum scripta sunt supra, eisque omnibus et singulis tanquam certo et legitimo confessatis atque depositis, persistit petens continuo veniam et misericordiam. Actum ubi supra presente ven[li] viro dno Guillmo Blanchardi, vicario dicti loci. Quibus sic gestis, dicta Peyroneta, virtute juramenti per eam sepius sepissime prestiti, ac sub penis quibus supra, promisit se representare coram prelibato dno Inquisitore, ac domino Officiali, totiens quotiens vocabitur ex parte eorumdem.

Processum sive acta predicta sumpsi et recepi ego Notarius subsignatus.

Gobandi.

1494.

Proces contre Peyronete relaissee de Pierre Berand de Valence digne d'estre veu.

vis 3°

Jesus Mariæ filius.

Contra Peyronetam delicta cujusdam Petri Berandi, alias Fornerii, loci Belli, repertus A Valence l'an 1444.
Existimo fideliter scriptas responsiones.

Icy se voit come on recevoit en bref les responses & puis on les estendoit a plaisir.

Ista Peyroneta citata venit, et tandem medio juramento omnia negavit, tandem jussa mitti in carcerem, et missa, omnia sponte confessa est, viz. quod a xxv. annis eos vidit et cognovit, eorum predicationes audivit, de non jurando per deum. De festis aliquibus non colendis. De non potestate Sacerdotum, et Papæ. De purgatorio. Et vanum orare pro mortuis. De aqua benedicta. De dando potius eleemosynam pauperibus quam in Ecclesia offerendo. De Sanctis, quod non habeant potestatem nos juvandi. De cimiteriis. De jejunio. Et unum ortum habuerit secta. Et quomodo oblatione desint facere. Quomodo vidit eos novem aut decem vicibus, et quatuor vicibus eisdem confessa est peccata sua, nec unquam confessa est curato suo. Eis credidit et fidem dedit. Misericordiam petiit, et recepta fuit +

N°. 10.

Procès contre Perronete Rotaigere de pierre berand de valence digne d'estre veu.

1497 &
1501

Il conste par la prive translation ... l. 12. q. c'est Arche-vesque St Rostain qui succede a Jean l'an 1497.

Est a presupposer q l'an Mil iiij^c iiij^{xx} & dixsept apres ma translation de Siejes a Ambrun me delibray visiter ma diocese d'Ambrun, & en icelle visitant arrivis en une Parroisse nommee Chancelat la plus prouchaine de la Froissiniere, en laquelle vint a moy un nommé Fazion Gay, me requerant au nom dud. lieu de la Froissiniere q ie allasse visiter leurd. lieu & Parroisse, Auquel respondis q tresvolontiers y fusse allé, s'il ne fut ce q les Commissaires Apostoliques y avoient besoigné, & q in consulto pontifice authoritate cuius avoient esté excommuniez, privez des Sacremens, declarez heretiques, relaps, bannis, & remis au bras seculier, comme il estoit notoire & publie n'y pouvoye rien besoigner; Mais q quand nre S. St Pere le Pape Laxaret mihi manus & qu'il me constiroit de leur Absolution q tres-volontiers yroye les visiter & faire mon devoir comme es autres Lieux de ma diocese. En protestant q par moy ne tenoit a les visiter /

Et adonc repliqua led. Fazion Gay, q nonobstant q ainsi q i'avoie dit qu'ils fussent esté excommuniez, prononcez heretiques declarez relaps & remis au bras seculier: toutesfois par l'authorité Apostolique intervenant le consentement & bon plaisir du Roy, ils avoyent esté tous Absouls, comme constoit par lettres Patentes sur ce passées, demandant de rechef estre par moy visitez /

Et alors assignay terme de quinze iours a fere foy de leurd. Absolution generale, me paroffrant de les visiter comme dessus. Lequel Fazion Gay me respondit q dedans ce petit terme de quinze iours ne pouvoit avoir les Lettres qui estoient es mains de leur Soliciteur estant en la Cort du Roy pour les interiner. Mais me demanda tres instamment le terme de six moys, lequel luy donna alias per verbum interim, En me offrant tousiours comme dessus toutes les fois q pourroye Juridiquement les visiter q volontiers le feroye, Protestant devant Dieu & le monde q par moy non est qu'ils ne soyent visitez Quinmodo Il me appareisse de leurs lres Absolutoires par eulx obtenues & en vertu desd. lres dans led. terme Je les visiteroys, mais a moy n'en firent point de foy /

Rostain Archevesque d'Ambrun de fere Vaudois au pape

Or depuis ie manday devers nre S. St Pere le Pape un Maistre en Theologie nommé frere Jean Columbi, & escrivis a sa Sainteté pareillement au College des Cardinaulx, & a aucun d'eulx a qui avoye conoissance, particulierement les advertissant de ce qui avoit esté besoigné sur les affaires de lad. Froissiniere par les Juges Apostoliques & ordinaires bien au long, avec instructions aud. frere Columbi. En leur supliant q leur plaisir fust pourvoir aud. Affaires ainsi q par le mieux y

1497
No. 11.

+

N'a responce de Rome

Charles 7. mourut environ l'an 1461

Ceux de froissiniere a paris pour se guarentir contre leurs persecuteurs

adviseroient. Mais iamais non peu avoir sur ce aucune responce.
Et depuis advenant le deceds du feu Roy Charles de bonne memoire dernier trespassé, le Roy qui est a present m'escrivit que ie vinsse a son Sacre, ainsi que ie fis, et moy estant a Paris a son nouvel advenement entendis comment aucuns de la froissiniere y estoient, et faisant grand sollicitation de leur affaire dont fus meu ~~mandé~~ de parler au Roy, qui fut aux Cordeliers a Paris, & luy suppliay qu'il luy pleust que quand Requestes luy seroient baillées sur ces affaires qu'il me fist appeller, ce qu'il m'accorda. Pareillement fis semblable Requeste a Mr le Chancelier qui aussi me fut accordée. Et apres aucuns iours le Roy eut une requeste & une autre Mr le Chancelier par lesdits Solliciteurs de la froissiniere, dont lesdits Seigneurs records de mes prieres me renvoyerent leurs requestes par un Conseiller nommé Mr Benoist Adam, lequel me notifia comment le Roy avoit remis ceste matiere a Mr le Chancelier & a son Conseil, & que monseigneur le Chancelier me mandoit que lendemain au matin ie me trouvasse au Conseil pour respondre desdites affaires, ce que ie fis, & trouva Mr le Chancelier fort occupé a la Chancellerie, a cause du nouvel advenement du Roy, lequel merciay de ce qu'il luy avoit pleu se souvenir de moy, & m'envoyer lesdites requestes. Et pource que leurs requestes faisoient mention de leur faire restituer leurs biens, surquoy non avoye a respondre Je dis a Mr le Chancelier que a Paris estoient Messieurs les Presidens & Mr Jean Rabot Conseiller de Grenoble, que son plaisir fust les appeller a respondre sur cet Article, & monseigneur le Chancelier me respondit que n'avoit que faire a eulx, mais que tant seulement ie respondisse sur l'administration des Sacremens, & autres choses spirituelles ~~[illegible]~~ contenues en leurs requestes & sur ce appella Messieurs Philippe Baudo & Charles de la Vernade qui me menassent ~~[illegible]~~ au Conseil ou estoient Mr de Laxon, Mr le Juge Mage de Provence Mre Charles des Gros Messieurs de Bautsa & plusieurs autres ~~Juges du~~ du grand Conseil en bon nombre, pour expedier lesdites Affaires.
Et alors repliquay a monseigneur le Chancelier que ceste affaire estoit grande, & touchoit la foy, & qu'il luy pleust d'estre present, & si par lors estoit fort occupé qu'il assignast a un aultre iour qu'il fut plus de loisir, & il me respondit qu'il n'y pouvoit y estre, ne savoir le iour qu'il seroit de loisir pour y estre, pour les grandes occupations du nouvel advenement du Roy, mais que ie m'en allasse audit Conseil, la ou ie trouveroye bon nombre de gens pour me ouyr & expedier lesdites Affaires. Ainsi que ie fis avec lesdits Seigneurs Conseillers Baudo & de la Vernade.

Et quand

Et quand fus entré aud. Conseil les susd. s.rs Bando & de la Vernade, dirent comment M.r le Chancelier les ~~[illegible]~~ envoyoit là pour ouyr & expedier en cet Aff.re, & lors ie commençay à narrer le contenu desd. req.tes & comment ie avoys mandé a n.re S.t pere le pape, pour consulter come dessus est dit, & q si l'empeschem.t qui estoit, tant de l'authorité Ap.lique q Royale ne fust, mon intention estoit d'appeller tous prelats ou leurs Vicaires ou Officiaulx & autres Clercs, tant en droit qu'en Theologie de ma Province, & encores d'aucuns d'ailleurs pour consulter la façon de proceder & mettre fin en cet Aff.re. Et q encores quand il plairoit au Roy & a son Conseil escrire a n.re d. S.t pere le pape de ainsi le faire, je me offrois le faire a mes despens, & au lieu d'Ambrun, & q autrem.t sans authorité Ap.lique par laquelle y avoit esté procedé par excommunion & privaon des Sacrem.ts ainsi q dessusd. est, n'y pouvoye ny devoye proceder. Et là si trouverent les procureurs & solliciteurs de lad. Froissiniere, lesquels instoyent qu'il me feust fait Commandem.t de leur faire administrer les Sacrem.s & restituer les Ornem.s & Joyaulx de leur Eglise, & q de moy ne se rancuroyent, sinon de ce q avoye visité toute ma diocese, sinon q eulx, & qui me fut fait Commandem.t de les visiter. Et pour mon excusation produis un Instrument public, contenant la responce pourquoy ne les avois visitez, & alors fut ordonné q nous saillissions hors dud. Conseil, comme fismes/

Et apres une piece fusmes rappellez, ou feust plus amplem.t par eulx, leur procureur & moy debatu ced. Aff.re. Et apres fut dit & ordonné par Arrest dud. grand Conseil, en presence des parties, que ie ne pouvoye ne devoye besoigner autrem.t q ~~q~~ je avoye fait, & q avoye besoigné come bon & vray Pasteur, & q ne si feroit autre chose, iusques a ce q le Roy escriroit a n.re S.t pere le pape, pour avoir Commiss.re Ap.lique joinct avec moy come Ordinaire, pour mettre fin & donner expedition en cet Aff.re/

Confesseur deputé — En suivant la deliberaon & Arrest dud. Conseil y a esté procedé, en tant q M.rs le Confess.r & Official d'Orleans ont esté deputez, joinct moy come Ordinaire a y proceder/

Et d'aventure quand lad. Commission Ap.lique fut portée ie me trouvis a Lyon, ou ie allis devers M.r le Confess.r à son logis des Carmes où il estoit, qui me tint terribles termes, lesquels me deporte de dire pour le present/

Arrivée a ~~Amb~~ Ambrun les Informateurs du n.° 1. p. 16. avec celles dont s'agist Icy

Puis apres l'an Mil cinq cens & vin, & le xxiij de Jullet arriverent a la Cité d'Ambrun Messrs le Confessr & Official de Orleans, & m'envoyerent un Chevauchier d'Escurie porter les lres du Roy, lesquelles par moy receues me offris dobeïr, & leur mandis quil leur pleust venir loger chez moy, ainsi q Mr le Confessr m'avoit promis le faire a Lyon, et incontinent leur envoyay de mes gens, leur offrant le logis, & leur envoyasse mon vin, ausquels seruitrs respondirent q ie ne leur envoyass plus rien, afin q ceulx de la Froissiniere ne les disent pour suspects, & quils ne viendroient point a mondl logis

Et apres disner me transportis a leur logis accompagné de Mr l'Abbé de Boscandon, aucuns de mes Chanoines, & aultres Officiers & autres Comissaires, de rechef offris mon logis, en leur faisant bonne & reverence come Comissres Apticqs & Royaulx, & por l'honnr de leur personnes, & lors lesd. Srs Comissrs me presenterent lesd. Commissions Aptiqs & Royales, me requerant come adioinct esd. Comissions, & come Ordinaire que voulsisse y entendre. Et incontinent Ce ouy, veuës & leuës lesd. Comissions, me offris, avec tout l'honnr & reverence, leur donner toute ayde & faveur a moy possible & q par moy ne resteroit q lesd. Comissions ne fussent accomplies, en leur offrant tous les proces q ie avoye, ainsi quils m'avoient demandé, Jaçoit q une grande partie desd. proces estoient demeurez au Grand Conseil du temps de Mr le Chancelier Adam fumée qui fit arrester a Lyon mon predecessr & son secretr, iusques a ce q lesd. Adam fumée eust lesd. Originaulx desd. proces, qui furent environ une charge de Mulet, sans souffrir q led. secretr en retint nul double ainsi q led. secretr medio Juramento en leur presence en deposa/

Proces au grand Conseil

Et apres led. Mr le Confessr reprimenda & ~~donna~~ dénier les Commissaires qui par le temps passé y avoient besoigné, en les blasmant, & me admonesta semel bis & ter sub pena excomnis latæ sine trina & Canonica monitione precedente q ie eusse a expedier tous les Proces q i'avoye de ceste matiere & incontinent, Car il n'avoit a vaquer, ainsi quil disoit en ceste matiere q un peu de iours, pour estre retourné en Court a mesd. Dame d'Aoust au Roy qui l'attendoit comme son Confessr, Jaçoit q paravant me fusse offert de luy bailler lesd. proces/

Per formam Juris

Et quand ie vis quil procedoit contre toute forme de droit,

qui ord

qui ordonne a proceder contre la dignité Episcopale. Premierement tant par suspensions que par excommunicaons, & que iestoye Juge comme luy, & d'abondant Ordinaire, demandis le double de leurs Comissions & terminum ad respondendum en forme de droit Escrit, Et adonc Mr le ~~Chancel~~ Confesseur respondit quil avoit bien usé de pareilles Censures & comandemens aucuns jours devant contre Messrs de Parlement de Grenoble, & par consequent quil en pouvoit user contre moy, Et me repliqua, vous aultres Clersaulx ne sauez que deux c.c. & deux ff. Cod. Codice & Capitulo, & deux ff. digestis, & voulez entreprendre de suprimer la Theologie, & que le Roy luy avoit bien dit de sa propre bouche que l'Arcevesque d'Ambrun luy seroit contraire, & a sa Comission, & partie formelle contre les Vaudois. Et adonc ie respondis quil me pardonnast, Car ne cuidoye point que le Roy m'eust en telle estimaon, pour ce que en ceste matiere n'avoye iamais besoigné, sinon tendant en bonne fin come tousiours entendois de faire /

Et adonc Mr le Confesseur continuāt a son propos me dit telles parolles Vos ad me in modum Scribarum & Phariseorum Xpm accusantium ad Pilatum venientium accessistis cum tantis Ecclesiasticis & togadis ad terrendum me, sed nihil tendo sub vobis aut domino vro & de nihilo vos timeo. Ou luy respondis que ne menoye avec moy sinon que ceulx que avoye accoustumé de mener allant par ma Cité. Adonq ledit Confesseur me dit que le Roy luy avoit dit tant ||| moy que des aultres Prelats du Dauphiné luy seroient Contraires /

Et subitement Comanda que les gens Laïcs saillissent hors de la Chambre, & apres retracta les Censures quils avoyent fulminées contre moy Contre forme de droit, en disant qui luy estoit expedient de user de tels termes rigoureux devant les Laïcs, & specialement pour Cause que aucuns Vaudois y estoient presens, ainsi que plus au long du bon accueil que me feist Mr le Confesseur susdit Et des choses susdites appert par Instrument publique

Lendemain qui fut dimanche mandis a Mrs les Comissaires par le Juge dalphinal d'Ambrun, quil seroit bien fait de faire venir ceux de la Freissiniere a Ambrun devers nous tanquam ad Locum insignem & que par là les ~~oruion~~ orrions, & quil estoit plus honeste que eulx ~~suel~~ suspects de la foy vinssent a nous de prime face que nous a eulx. Ce

quils recuserent de faire, & me manderent q lendemain qui estoit la feste de Madame Ste Anne sen iroyent bon matin auec intimation que si ie ne venoye ou mandoye quils pro-deroyent sans Moy |

Et lendemain montis a cheual bon matin en suyuant lesd Comisseres qui me precedoient par vn peu de chemin, Ausqu mandis par le Procureur de la foy & du païs quils me attendy & q leur plaisir fust de disner au lieu de Chancelat, où leur auois fait aprester a disner. Et Mr de Gastron respondit E non estis nisi exploratores & non venitis nisi ad ex-plorandum nos. Toutesfois quil me attendroyt iusques a vne heure apres midi, & quil sen alloit tout droit à lad froissiniere |

Et apres le suyuis audt lieu & trouuay lesd Comissaires a le Logis, & incontinent q Mr le Confesseur me veit a son d lo me dit quil vouloit vn peu repouser, & puis mit la teste a fenestre, & en se courroussant dit a mes Seruiteurs, Pourquo Mr d'Ambrun ne va loger autrepart, non pas a mes habitac Ce qui me feust necessre de faire quasi en vne Estable pour n trouuer vn meilleur |

Et là mandis querir mon disner a Chancelat qui y a vne lieu & feust assez tard auant q lisse, & apres mon disner men al a leur logis, pour ce quils vouloyent besoigner. Là où me mesprisan dist Mr le Confesseur present Mr l'Abbé de Boscandon, Ego se bo in supremo Loco & alij me sequuntur, ainsi quil feust fait |

